




CHRISTOPHORI
SCHEIBLERI
IN ACADEMIA GISSENA
LOGICÆ AC METAPHYSICÆ
PROFESSORIS AC PÆDA-
gogiarchæ,

TRACTATUS LOGICUS
de
SYLLOGISMIS
&
METHODIS.

Additi sunt Indices duo,
Alter generalis, capitum titulorum & quæstio-
num ab initio: Alter specialis, re-
rum, in fine.

Sum Wilhelmi Mölleri
...nstörpii Harburgensis
Constat 17. ß.

GIESSÆ,
Typis & Impensis Casparis Chemlini.
Anno M. DC XIX.

Wielmożny miłościwi
Andrzieyu / Podabratski
urodzony od wapen
dobrodzieyu o ktur
pisany wielmożni Pann
podstarościegu



GENER
TATE, O
Doctrin
GEORGI
Schacht
CRATON
Rotzman
HENRIC
Pickelshe
Eremi
Suis



GENERIS ANTIQVITATE, OPTIMA INDOLE,
Doctrina & moribus Nobilissimis.

GEORGIO FRIDERICO von Schachten.
CRATONI REINHARDO à Rotzman
HENRICO JULIO Spiegel von Pickelsheimb.

Eremi Insulæ Vigrensis

Suis in Pædagogio Gisseno discipulis dilectis.

D. D.

Author.



INDEX GENERALIS.

CAPITUM TITULO-rum, Quæstionum &c.

CAP. I.

TIT.



CAP. II.

De generalibus Regulis syllogisticis.

CAP.

CAP. IX.

De affectione syllogismorum secundæ & tertiæ figuræ, h. e. earum reductione & Expositione

CAP. X.

De syllogismo composito ejusq; divisione.

CAP. XI.

De syllogismo connexo, ejusq; modis.

CAP. XII.

De syllogismo Disjuncto ejusq; modis.

CAP. XIII.

De syllogismis Crypticis.

Tit. VI.

CAP. XIV.

De Divisione syllogismi in Necessarium probabilem & sophisticum.

CAP. XV.

De Demonstratione.

Ex

3. D

8. De

CAP. XVIII.
De Methodo.

Tit. I.

F I N I S.







Tractatus Logicus
Qui est
Liber IV. & Vltimus Logicæ.
DE SYLLOGISMIS ET METHODIS.

CAP. I.

De Syllogismo in genere ejusq; Partibus.

1. Hactenus fuit de terminis simplicibus, & axiomatibus inde factis: sequitur Judicium Dianoëticum, in quo continetur doctrina syllogismi & methodi.

2. Syllogismus est διάνοια; qua quæstio cum argumento tertio ita disponitur, ut positis præmissis necessariò concludatur. Dicitur aliâs *Ratiocinatio* & *Argumentatio.*

3. Ejus Partes sunt duæ: Pars Antecedens h. e. præmissæ, & consequens sive conclusio.

4. Præmissæ sunt propositio & assumptio; vel, propositio major & propositio minor.

5. *Propositio*, vel *propositio major*, est prior

 pars

pars syllogismi, in quâ disponitur tota quæstio, vel pars quæstionis consequens cum argumento tertio.

6. *Assumptio* vel *propositio minor* est, quæ assumitur ex propositione majore.

7. *Conclusio* est, quæ infertur ex præmissis.

8. Vox illativa conclusionis est, *Ergo*, *igitur*, aut æquipollens.

9. In his tribus partibus disponuntur tres termini, major, minor, & medius.

10. *Terminus major* est pars consequens conclusionis, & disponitur in propositione in syllogismo simplici.

11. Terminus *minor* est pars antecedens conclusionis, & disponitur in assumptione, in syllogismo simplici.

12. *Medius* terminus est, qui connectit terminum minorem & majorem, poniturq; & in propositione, & in assumptione.

13. In horum omnium legitima coordinatione & dispositione consistit forma syllogismi.

COMMENTARIUS.

Ut rem hanc totam clariùs illustremus, proponam primo totum aliquem syllogismum, ut ejus intuitu res singulæ intelligantur. Is ergo est hic.

Animal est Corpus.
Homo est Animal.
Ergo Homo est corpus.

Hic

Hic tota illa oratio vocatur ſyllogiſmus. Et illa duo axiomata (*Animal eſt corpus*; *Homo eſt animal*) vocantur præmiſſæ. Et illud quidem, *Animal eſt corpus*, vocatur propoſitio ſive propoſitio major. Illud verò, *Homo eſt animal*, vocatur Aſſumptio vel propoſitio minor. Illud autem axioma, *Ergo homo eſt corpus*, vocatur concluſio.

Sunt etiam in ſumma tres termini in illo ſyllogiſmo. *Animal, homo, corpus.* Terminus medius eſt *Animal*. Terminus minor *homo*. Terminus major eſt *corpus*. Atque hoc eſt ſyſtema totius hujus capitis. Nunc ſpecialius rem aggrediamur. 2

TITULUS I.

DE VOCE SYLLOGISMI.

Hic *primò* aliquid ſciendum eſt de ejus notatione. Sumpta igitur hæc vox eſt ab Arithmeticis, qui ex proportionalium rationum conjunctione ſummam colligunt. Unde & Arithmetica *Logiſtica* dicitur. Ad eum igitur modum etiam Logicus computat & colligit rationes, ut fit in præmiſſis, & inde colligit aliam q. proportionalem rationem, quæ continet veluti ſummam rei. Et hæc dicitur concluſio. Et ſub hac ultima ratione, h. e. concluſione Zabarella vult nomen ſyllogiſmi ſumptum eſſe *l. 1 poſt. Anal. ad t. 3 f. 640. & lib. 1. de Nat. Log c. 15.* Nempe ut ſyllogiſmus dicatur, non quaſi συλλογὴ λόγων collectio rationum vel orationum, ſed q. συλλογὴ λόγου collectio rationis. Ratio autem colligi dicitur, dùm concluſio infertur. 3 *Unde dicatur Syllogiſmus?*

Secundò de ambiguitate illius vocis. Primò videtur vox ſyllogiſmi ſumi poſſe latiſſimè, ut comprehendat omne inſtrumentū ſciendi, etiam methodū, ut Zabarella exponit, *l. 3. de method. c 3.* Deinde ſumitur ſpecialiter pro ſyllogiſmo perfecto, quo- 4 *Quot modis dicatur vox Syllogiſmi.*

modo Aristoteles distinguit syllogismum ab inductione. *Rerum omnium fidem facimus, aut syllogismo aut inductione, ait l.2 prior, Anal.c.23.* §.1. Deniq; sumitur medio modo, ut comprehendat quidem inductionem, h.e. syllogismum tum perfectum, tum imperfectum, distinguatur autem à discursu ordinativo h.e. methodo. Et sic de syllogismo nunc agitur. *Aliter* syllogismus aliquando significat solam conclusionem, sic Aristot. sumit eam vocem, cùm declarat aliquem inutilem modum, aitq; οὐκ ἔσαι συλλογισμὸς non erit conclusio. 1. *prior. c.* 4.5.6. Deinde sumitur pro solis præmissis. Ita Arist. 1.*post cap.*2. ait syllogismum demonstrativum constare ex causis conclusionis. Ubi conclusionem Aristoteles vocat effectum syllogismi. Denique sumitur pro toto aggregato ex præmissis & conclusione. Ita Aristot. sumit 1 *prior. c* 1. *Tertiò* vox æquipollens apud Latinos est vox *Ratiocinatio*. Sicut interpp. Aristotelis, inde *libb priorum*, qui sunt de syllogismo appellant, libros *de Ratiocinatione*. Sic & Scaliger. *Exerc* 307. sumit. *Tertius, actus est,* inquit, *cùm his* (propositionibus) *ita conjunctis adjungimus alia, ut ex ea compositione aliud educamus*. Hæc dicitur *Ratiocinatio*. Græci συλλογισμὸν vocant à collectione. Aliud nomen est *argumentatio*. Diciturque sic syllogismus, quòd in eo assumamus argumentum ad concludendũ. Nunc transeamus ad syllogismi definitionem.

TITULUS II.

DE DEFINITIONE SYLlogismi.

5 *Quodnam sit genus syllogismi.* Primò: *De genere syllogismi.* Aristoteles *l.1.prior.c.* 1.§.8. Genus syllogismi facit λόγον. Sic & 1.*Top.*1.§.3. Integra definitio ibi hæc est: συλλογισμὸς ἐστι λόγος ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν ἕτερόν τι κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει, τῷ ταῦτα εἶναι. Hic autem vocem λόγου non omnes eodem

dem modo intepretantur. Vulgaris interpretatio
est, ut λόγος sit *oratio*. Melius tamen verti hanc vo-
cem per *orationem* vel *argumentationem*, existimat
Monlorius *l.1.prior.c.1.ad* §.10. *in scholiis* sequens Bu-
ranam. Alii genus syllogismi faciunt διάνοιαν sive dis-
cursum, ut Colleg. Conimb. *l.1.prior.cap.1.q.2.a.1.* ubi
discursum appellant proximum genus syllogismi &
a.2. ubi eundem ajũt immediatius genus esse, quàm
sit oratio. Ita etiam fecit Ramus & nos ipsi in The-
orematibus. Sed singula videamus.

I. QVÆSTIO.

An syllogismus sit oratio?

Inprimis sciendum: vocem orationis esse am- 6
biguam. Aliquando, igitur opponitur conceptui *Ambiguitas in voce orationis.*
mentis, & est id quod exprimitur lingua vel voce,
seu est idem quod vox prolata, vel sermo. Aristote-
les vocat λόγον τὸν ἔξω vel προφορικόν. Aliquando au-
tem opponitur termino simplici, & sic termini con-
juncti dicuntur oratio, sicut Aristoteles hanc vo-
cem sumit *lib. de interp.c.4.* ubi orationem vocat, id
cujus partes significant separatim, ut *Animal ratio-
nale; homo currit; Homo* est risibilis. Sic etiam intel-
ligi potest, quod definitio dicitur oratio ab Aristot.
7.Metaph.c.10. 7

Ex his clarum est *primò*: Bene dici posse, syllogis- *Syllogismus potest dici oratio.*
mum esse orationem. Neque enim syllogismus est
terminus simplex, sed habet partes seorsim signifi-
cantes. Nam seorsim propositio; & seorsim assum-
ptio; & seorsim conclusio, & singuli earum termini
aliquid significant. Id tamen negari non debet: ora-
tionem in hoc sensu esse genus valde remotum, cùm *Non est ejus proximum.*
secundùm hunc sensum etiam definitio dici possit
oratio, ut dictum. Peccat autem, qui definiendo
transilit genera, remotiora accipiens. *6 Top.c.4.*

Unum est quod hic *objici* possit: Definitionem non esse orationem, sed orationes. Conjungit enim multas propositiones. At unaquæque earum est oratio. *Respondeo.* Istæ propositiones omnes copulantur ad invicem. Et sic, etsi seorsim unaquæque propositio sit oratio, tamen syllogistice dispositæ, faciunt etiam unam copulatam orationem. Conclusio autem copulatur cum præmissis per illativam particulam *Ergo*: itemque per identitatem terminorum Extremorum, hoc est, termini majoris & minoris.

9 Præterea autem *secundò* videndum: An syllogismi genus sit oratio, etiam quatenus sermonem vel vocem prolatam significat.

QVÆSTIO II.

An syllogismus sit λόγος h.e. oratio vel sermo prolatus?

10 *Ambiguitas in voce λόγου.* Λόγος non eodem modo accipitur. Aliquando τὸν ἔσω λόγον. Aliquando etiam significat argumentationem ipsam, ut Zabarella commmentatur *ad* 1. *post fol.* 626. Ista vocis ambiguitas fecit hic ambiguas sententias. Igitur vulgò frequens est sententia Aristotelicorum, quod syllogismus sit λόγος h.e. oratio vel sermo prolatus. Recedunt tamen ab ea Monlorius 1. *prior. c.* 1. *in schol. ad* §. 10 Burana *ibid.* Ramus *l.* 7 *schol. Dial. c.* 3. Ejusdemq; interpp.

11 *Syllogismus non est λόγος h.e. sermo prolatus* Eidem opinioni me aggrego. Nam 1. Logica in universum debet dirigere & corrigere & perficere operationes intellectus, ut in omni re cognoscenda veritatem assequatur. At id potissimum est in mente & non in sermone solùm ad alium, sed etiam in meditationibus solitariis. Ex quo sequitur syllogismo accidentale esse, ut profe-

proferatur sermone, quia potest abesse à syllogismo.
At quod potest abesse non est rei genus. 2. Probatur
Autoritate. Aristoteles 6. *Ethic. Nicomachic.* docet.
virum prudentem in consultationibus suis uti syllo-
gismo. At is syllogismus non est in voce, sed in co-
gitatione & mente. Iterum ex 1. *post c.* 8. ostendit
Monlorius *in loc.* Aristotelem docere, syllogismum
& demonstrationem non tam pertinere ad externum
λόγον, quàm ad eum, qui in animo est. Assentitur
Scaliger *in Exerc.* 307. *s.* 23. *Intus secum*, inquit, *in sei-
pso, ad sese, pro semet, potest homo facere syllogismum.*

Ex professo hanc sententiam oppugnat Fabianus 12
Hippius, *in problem. log. q.* 29. Unde excerpam quæ ad *Objectiones.*
hanc rem faciunt.

I. *Objicit.* Eadem est significatio τοῦ λόγου in defi- 13
nitione syllogismi, quæ etiam est in definitione pro-
positionis & Enunciationis. At ibi significat sermo-
nem. E. etiam in definitione syllogismi. *Deinde obji-
cit*; Syllogismus Logicus fungitur suo officio. At
syllogismus qui est in mente non fungitur suo offi-
cio. Nam officium syllogismi est, non tantùm sei-
psum informare, sed potius alios, & cum aliis dispu-
tare, illosque, si sophistas agant, refutare, quod syl-
logismus in mente præstare non potest. Aliæ obje-
ctiones non pertinent ad præsens thema. Addit in
Resolutione, cùm mutus syllogizat non id esse ab ar-
te, sed à natura. Possunt huc referri etiam ista, quæ
iste autor disputat, *probl. Log.* 5. quod Logica solùm
sit ars orationis, quæ ex dicendis judicari possunt.

Ad primum respondeo. Aristotelem *in libro* περὶ 14
ἑρμηνείας potissimùm intendere interpretationem *Solvuntur.*
conceptuum, ut & titulus libri indicat. Et propter
hanc intentionem Aristoteli ibi λόγος est φωνὴ
vox, vel sermo, ut, contradistinguitur à conce-
ptibus sive παθήμασι τῆς ψυχῆς. Hæc a. intentio de-
ficit in doctrina Analytica, ubi de syllogismis agit. Et

alioquin etiam propositiones sunt λόγοι ἐν διάθετοι. Quod si enim meus intra se conjungat terminos simplices, concipiendo hominem esse animal, tunc non minus talis σύνθεσις vel compositio erit axioma, ac si sermone proferatur.

15 Ad *alterum* respondeo: Eo ipso quia syllogismi officium (etsi non solitarium) est, seipsum informare, relinquitur syllogismum officium suum exequi posse etiam in mente, & per hoc τὸ *sermone proferri* esse syllogismo accidentale, quia ab eo est separabile. Ex quo tamen hoc relinquitur etiam, nec illud syllogismo esse essentiale, *esse in mente.* Nam & hoc separatur à syllogismo, veluti cùm est in voce. Unde existimo, essentialem rationem syllogismi, consistere in indifferentia ad sermonem & ad conceptum, h. e. syllogismum esse dispositionem trium terminorum, vel discursum illativum, sive sit in mente sive in sermone. Atque tum omnia optimè cohærent.

16 Quod autem mutus syllogisare dicatur non sed arte sed natura, id partim falsum est, partim facit pro veritatis confirmatione. Falsum: Nam contingere potest, ut perito Logico eximatur lingua, aut alioquin adimatur loquela, tunc igitur fiet mutus, & tamen argumentabitur non ex natura, sed ex arte. Facit autem illud pro veritatis confirmatione sic. Nam, id est, de ratione quorumvis habituum, ut facilitent potentias naturales ad operandū, vel juvent naturales operationes. Unde hæc cōsequitur proportio, ut ubi est facultas vel operatio naturalis, ibi sit habitus. Et rursus ubi nō est illa operatio vel facultas naturalis, ibi nō sit habitus. Quod si igitur in mutis naturalis est syllogisatio. Consequens est posse in iisdem etiam syllogisationem artificiosam esse.

QVÆ-

III. QVÆSTIO.

Syllogismus an sit διάνοια, Discursus? Et quomodo?

Affirmo id, cùm superiùs citatis autoribus. Præmittendum autem hâc in re aliquid, tum de voce 17
διανοίας tum de voce discursus.

διάνοιας vox ambigua.

Ac primò quidem vox διανοίας, ἀκυρολόγως usurpatur, ut significet omnem intellectionem, vel apprehensionem mentis etiam nudam & simplicem. Quod enim hæc abusiva sit significatio, patet, quia præpositio διὰ significat transmissionem vel trajectionem, ut Scaliger exponit in verbo διακεῖν *ad Hippocratem de insomniis Apotel.* 1. *f.* 29. Præpositio διὰ, *inquit*. Conditionem perfectam significat per quam induat se intellectus *ad finem usque*. Sic etiam *in exerc.* 307. *f.* 5. Rationem Græci διάνοιαν vocant, *inquit*, ubi præpositio declarat motus tractum & transmissionem ipsius νοῦ. Atque hinc Zabarella *lib.* 1. *post. ad t.* 1 *f.* 621. negat cognitionem definitionis esse διανοητικὴν. Potius enim, *inquit*, νοητικὴ vocanda est, quia διάνοια apud Aristotelem significat quidẽ partem animæ intellectivam, sed ut cum discursu & cum ratiocinatione operantem, siquidem eadem animæ pars, ut cognoscẽs rerum naturas & essentias, νοῦς potius ab Aristotele vocatur, & θεωρητικὴ δύναμις, quam διάνοια. Et *in lib. de mente Human. c.* 7. Interpres eam dictionem (διανοητικὸν) convertens, modò dixit cogitativum, modo intellectivum, rectius dixisset discursivum, quia διανοεῖσθαι propriè est ratiocinari & à noto ad ignotum discurrere. *Hæc ille.* 18

διάνοια requirit plures intellectiones.

Ex dictis sequitur: ad omnem διάνοιαν requiri plures cognitiones, contra quam Scotus vult, qui existimat, ad διάνοιαν posse sufficere unam cognitionem, *in prolog. sentent. q.* 4. & 2. *d.* 7 *q.* 1. Id meritò reprehen-

prehenditur à Cajetano 1. *prior. q.* 58. *a.* 3. & Conimbricensibus 1. *prior. c.* 1. *q.* 2. *a.* 1.

19 *Discursus vox exponitur.* DISCURSUS, Si propriè loquamur, significat motum, quo animal hinc inde currit. Hinc per similitudinem & metaphoram tracta est ista vox ad operationem mentis eam, quâ mens hinc inde, h. e. ab una notitia ad aliam transit, ut & de διανοίᾳ dicebam. Videtur quibusdam ista operatio intellectus esse propriè motus, inter alia, quia nominatur voce motus, i. e. discursus: sed satis est, si intellectus illa operatio sic dicatur per similitudinem, inprimis quia aliquæ conditiones motus deficiunt in ratiocinatione, quo minus ista motus dici possit. Vide Simplic. *lib. 6. phys. ad* 32. & Perer. *libr.* 13. *de motu cap.* 5.

20 *Discursus continuus vel discretus.* Distingui autem solet discursus à Doctoribus (vide Arimin. 2 *d.* 7 *q.* 5. *a.* 2. Thomam 1. *part. q.* 14. *a.* 7. quod alius sit discursus habens successionem solùm ratione ordinis, alius a. qui habeat successionẽ etiam ratione causalitatis. Prioris generis discursus est, quando cognito auro, v. g. progredior ad cognitionem argenti vel herbæ. Aut cùm cognito aere, progredior ad cognitionẽ aquæ, & sic in similibus. Posterioris generis discursus est, cum posterior cognitio dependet à cognitione prioris qualis est, cùm cognitis præmissis cognosco conclusionem, cujus cognitio ex præmissis fluit. Et hic quidem posterior discursus intelligendus est, in doctrina syllogismi.

21 *Tria requisita ad discursum.* In summa, ad talem discursum, tria sunt quæ requiruntur. 1. ut sint plures notitiæ complicatæ. Discursus enim transitum notat, ab uno ad aliud. 2. ut illæ notitiæ ab invicem pendeant. Et proinde 3. ut unum in discursu sit altero notius, ut ab eo, quod est notum, transeatur ad id, quod est i-

gnotum. Et ex his sequitur: discursum implicare aliquam imperfectionem intellectus vel luminis cognoscentis, eo ipso, quia aliquid ei ignotum est, ad quod transire debet à noto. Et sic Deo non potest tribui discursus, cum omnia intelligat notitiâ simplici & q. intuitivâ. *Non convenit.*

22 *Genus Syllogismi est διάνοια.* Ex his præcognitis clarum est, syllogismum optimè dici διάνοιαν & discursum. Reperiuntur enim in eo ea quæ de ratione διανοίας & discursus esse diximus. Et convenit præterea in hoc attributo syllogismus cum methodo. Nam & methodus est discursus, vel διάνοια. Nec est aliud quod, propinquius de syllogismo ut genus enunciari possit.

23 *Objectio.* *Objici* solet: Διάνοια est actio Naturalis. At syllogismus est opus artificiosum. E. διάνοια non est genus syllogismi. Actio enim non videtur esse posse genus operis, nec aliquid naturale poterit esse genus rei artificiosæ. Debent enim genus & definitum esse συγγενῆ homogenea.

24 *Solvitur.* *Respondeo* 1. Illud frequens est, ut idem sit nomen significans rem naturalem, & etiam habitum, sicut Scaliger ait de misericordia *in exercit.* 307 ſ.4. Misericordia, *inquit*, est affectus. Ex hoc inducitur actio ad sublevandum inopem, cujus multiplici repetitione fabricatur habitus qui ejusdem nominis est cum affectu, quo ritè dicar & ero misericos. Sic est etiam in voce iræ & audaciæ, quæ significāt & affectus naturales & ipsos habitus vitiosos oppositos mansuetudini & fortitudini. Propius exemplū est in ipsa voce syllogismi, quæ dicitur tùm de syllogismo naturali rustici, tū de syllogismo artificioso philosophi. Ad eū ergo modū etiā διάνοια, etsi significet aliquid naturale, potest tamen etiā aliquid habituale vel artificiosum significare. 2. Nec hoc est infrequens ut eodem

eodem nomine significetur & res permanens & successiva h.e. actio & opus. Ita voluntas significat aliquãdo volitionẽ aliquãdo etiam rẽ volitam & sic in aliis. Sic ergo etiã διάνοια aliquãdo potest significare actionem, aliquando opus, actionem consequens.

Et hæc quidem de genere syllogismi dicta sint. Sequitur de differentia ejus.

TITULUS III.

DE DIFFERENTIA SYLLOGISMI.

Hæc exprimitur his verbis: *quâ quæstio cum argumento ita disponitur, ut positis præmissis necessario concludatur.* Hæc verba sumpta sunt ex Aristotelicâ
25 definitione, in quâ illa differentia sic exprimitur. *In qua positis quibusdam, aliud diversum ex necessitate accidit, hoc ipso quia illa sunt.* Sensus autem illorum verborum est, quod syllogismus talis sit discursus, in quo disponatur quæstio cum medio termino, in præmissis, ut istis præmissis positis, non possit aliud sequi, quàm conclusio. Sed singulæ voces explicandæ sunt.

Quæstio.] Per quæstionem intelligitur ipsa conclusio cum præmissa particula dubitandi: *An homo*
26 *sit corpus?* Non enim differunt conclusio & quæstio nisi modo quodam & ratione quod quæstio appellatur cum adhuc dubitatur, & habet præpositam particulam *An*; Conclusio autem appellatur, cum infertur, & habet præpositam particulam. *Ergo.*

Cum argumento tertio disponitur.] h.e. Ordinatur
27 vel collocatur cum medio termino. Sic in superiori syllogismo illa quæstio (*An homo sit corpus*) disponitur cum argumento tertio sive medio termino (id est cum voce *Animal*) Atque hæc quæstionis cum argumento tertio dispositio fit particulatim, sic ut in syllogismo pars illius quæstionis antecedens (*Homo*) disponatur cum medio termino (*Animal*) in Assumptione, sic, *Homo est animal*: Et rursus pars illius

illius quæstionis consequens (*corpus*) disponatur cum eodem medio termino (*Animal*) in propositio-ne, sic: *Animal est corpus.*

28 *Quid sit positis?*

Positis præmissis.] Quid hoc sit dubium est, nempe quid significet, vox *positis*. Igitur plurimi Logici. Existimant, *positis* esse idem quod *concessis*, unde & isti referentes definitionem Aristotelicam syllogis-mi ajunt syllogismum esse λόγον in quo *positis & con-cessis*, &c. ut hoc sit ἐξηγητικὸν illius. Vide Boeth. *lib.* 2. *de syllog. categ. c.* 7. Gellium *l.* 15 *Noct. Attic.* Armand. de Bello Visu *tract.* 2. ,60. Hispan. *tract.* 4. *copul. Lo-gic f* 167. *col.* 2. Et ita sentiunt ferè omnes interpretes *priorum Analyt.* Ab hac tamen expositione recedit Monon 11. *prior. cap* 10 *p.* 17. *seqq.* ubi rejectâ istâ ait: Verior & simplicior interpretatio videtur esse, ut di-ctum sit, τεθέντων pro ληφθέντων *positis* pro *sumptis*, quasi τίθεσθαι, sit idem, quod λαμβάνεσθαι, poni idem quod sumi, atque adeo sumi in syllogismo idem sit, quod εἶναι h. e. ibi esse & existere. Postea inducit multa exempla, in quibus Aristoteli idem est poni quod sumi.

29 *Quæ dicatur concessa propositio?*

Hac in re censeo esse ambiguitatem in voce *con-cessis*. Igitur *primò* concessa propositio potest idem esse, quòd propositio vera & admissa ab Adversario vel respondente; *Deinde*: concessa propositio po-test idem valere, quòd talis propositio, quæ nõ am-plius interrogatur, & sub particula dubitativa pro-ponitur, sed ait aliquid esse aut non esse. Et ita A-phrodisæus exponit hanc vocem, in definitione syl-logismi. Concessas enim præmissas vocat, quæ non sunt amplius rogantes, vel deprecantes, vel inter-rogantes, aut vocativæ sed certi aliquid signifi-cant.

His ita constitutis dico. 1. *Syllogismus requirit con-cessas præmissas*, h.e. certò aliquid statuentes: & se-cundùm hanc significationem potest *positis* idem esse

eſſe quod *conceſſis. 2. Syllogiſmus non requirit conceſſas, præmiſſas* h.e. propoſitiones veras & ab adverſario vel reſpondente admiſſas. Nam ſyllogiſmus vel forma, ſyllogiſtica poteſt eſſe in falſa materia. Sic bonus eſt hic ſyllogiſmus quicquid ſit de materia. Aſinus eſt animal. Homo eſt aſinus. Ergo homo eſt animal. Et confirmatur: quòd ſecundum mentem Interpp. Ariſtoteles *in prioribus Analyticis* (ubi ait cõcluſionem inferri ex poſitis præmiſſis) agit de ſyllogiſmo abſtracto à materia, unde & ſyllogiſmus ille ſolum *A b c darius* vocatur, quia non hæreat in materia. Omnino enim hâc de cauſa Interpp. exiſtimant: Ariſtotelem uſum eſſe literis ſolum α. β. γ. δ. ut doceret, concluſionem in ſyllogiſmo non ſequi propter ſubjectam materiam, ſed propter ſolam formam quæcunque tandem ſubjiciatur materia. Vide Ariſtot. 1. *prior. c. 2. Monlor. f. 27.* & Flacium *l. 5. Log. general. c. 1.* Et ſic vox *poſitis*, non poteſt idem eſſe quod *conceſſis* hoc ſenſu. Eſto igitur *poſitis quibuſdam* nihil aliud, quàm *præmiſſis* vel *ſumptis*, vel *conſtitutis acceptiſvè quibuſdam*, &c.

Neceſſariò concluditur.] His verbis notatur neceſſaria illatio concluſionis ad præmiſſas, quæ uno verbo *conſequentia* dicitur. Unde ad hæc intelligenda, dicendum eſt aliquid de conſequentia, tum etiam quomodo ea neceſſaria ſit.

Conſequentia quid ſit?

De conſequentia.

Igitur conſequentia in genere, eſt fluxus vel dependentia vel conſecutio unius ad aliud.

Dividitur autem conſequentia bifariam. Primò aliam conſequentiam poſſumus vocare συλλογιστικὴν aliam ἀσυλλόγιστον, hoc ſenſu, quod alia ſyllogiſmi propria ſit, alia alibi etiam reperiatur. E. ἀσυλλόγιστος conſequentia eſt, cùm unum enunciatum ad aliud

aliud consequitur sine medio, veluti est in conversionibus propositionum. Veluti: *nulla voluptas bona est. E. Nullum bonum est voluptas.* Item *quædam voluptas est bona. E. etiam quoddam bonum est voluptas.* Et sic in aliis. Vide de hac Enunciationum conversione Aristotel. *1. prior. c. 2.* Non esse autem istas consequentias syllogisticas inde probari solet, quia in istis illationibus nihil est in antecedente, quod non sit in consequente, & vicissim numerãdo omnes terminos, qui in hoc vel isto sunt. At hoc repugnat syllogisticæ consequentiæ. Nam in hujus antecedente debet esse medius terminus qui non potest esse in consequente. Item: in consequente syllogisticæ illationis debet esse terminus major & minor, seu utrumque extremum, quod utrumque extremum non potest esse in una præmissarum. Atque sic in oppositum illa consequentia, quæ fit eliciendo conclusionem per interventum alterius medii termini, dicetur consequentia syllogistica. Indeque ex vi nominis, hæc erit, quam nunc consideramus. — *Alia est συλλογιστικὴ, alia ἀσυλλόγιστος.*

Aliter consequentia est materialis vel formalis, quarum utramque consideramus in syllogismo. Igitur *consequentia* syllogismi *formalis* appellatur ea, quę fit servatâ formâ & modo legitimæ consequentiæ. Potestque id esse non solùm in materia vera sed etiam in materia falsa. Sic bonus est syllogismus hic in falsis propositionibus. 31 — *Consequentia materialis & formalis.*

Leo est Ursus.
Lapis est Leo.
E. Lapis est Ursus.

Consequentia a. *materialis* syllogismi appellatur ea, cùm vera conclusio infertur, violatis legib. dispositionis vel formæ syllogisticæ, Exempli gratia.

Asinus est quadrupes.
Homo non est asinus.
E. Homo non est quadrupes.

Hujus

Hujus syllogismi forma mala est. Nam peccat in regulam, quâ in prima figura requiritur assumptio affirmata: Et tamen habet materialem consequentiam. Nam conclusio quæ sequitur ex isto syllogismo vera est. Alii aliter definiunt. Vide prolixè de his tractantem Fonsecam *l. 6. Instit. Dialect. c. 3.* & Javellum *l. 9 Logic. c. 3.*

32 Ex dictis apparere potest, cùm in syllogismo requiritur consequentia, h. e. illatio conclusionis ad præmissas, tum intelligi consequentiam formalem. Loquimur enim adhuc de syllogismo q. abstracto à materia. Sed

Quomodo illa consequentia necessaria est in syllogismo Omni?

Eam enim nostra asserit definitio, sicut & Aristo-
33 teles in sua definitione ait. 1. *prior. c.* 1. ἐκ τῶν τεθέντων ἕτερόν τι ἐξ ἀνάγκης συμβαίνειν, *ex necessitate* accidere. Idemque docet. 1. *prior. c.* 4. ubi ait, *cum nihil necessarii colligitur ne quidem syllogismum esse.* In contrarium autem est, quod aliqui syllogismi (non necessarii sed) solum probabiles sunt: unde ipsam etiam consequentiam Doctores faciunt necessariam vel probabilem, ut videre est apud Fonsecam *6. lib. Institut. Log. cap.* 4.

Ad hoc *respondendum* est: In syllogismo duo spectari, primùm est materia syllogismi, h. e. ipsæ propositiones, ex quibus syllogismus conficitur. Et sic syllogismi alii sunt probabiles, & intelliguntur habere consequentiam probabilem. Ut,

Mater diligit filium.
Elisabetha est mater.
E. diligit filium.

Alii autem sunt syllogismi necessarii, & sic intelliguntur hoc ipso habere consequentiam necessariam, nempe quorũ propositiones sunt necessariæ. Ut.

Omne

Omne animal est sensitivum.
Homo est animal.
E. Homo est sensitivus,

Alterum quod in syllogismo consideratur est forma, aut illatio conclusionis. Et hæc semper est necessaria. Nam etiam in syllogismo habente materiam probabilem vel falsam, impossibile est, ut alia inferatur conclusio, quàm quæ infertur. Sic in superiori probabili syllogismo, istis præmissis (*mater diligit filium. Elisabetha est mater*) positis, necessariò colligitur illa conclusio: E. *Elisabetha diligit filium.* Et impossibile est, vorsus, aliam ex istis præmissis inferri conclusionem. Vocatur hæc necessitas, necessitas *consequentiæ.* Atque hanc Aristoteles & nos ipsi requirimus in omni syllogismo. Atque sic satis definitio clara est.

Antequam progrediar ad considerandas partes syllogismi, aliquæ quæstiones prius resolvendæ, aut saltem earum solutio aliò remittenda.

I. QVÆSTIO.

An Syllogismus sit finis totius Logicæ? 34

Hæc quæstio satis tractata est *ad c. 1. Dialect. in Introduct. Log. n.* 84. *seqq.* ubi videatur.

QVÆSTIO II.

An solus Syllogismus habeat consequentiam? 35

Hoc communiter solet disputari ab Interpp. *prior. Analyt.* Patet autem ex superioribus, quæ de cõsequentia dicta sunt, dari quasdam consequentias, quæ non sunt Syllogisticæ, ut ibi allata Exempla & probationes ostendunt.

Duo autem sunt, quæ objici possunt. 1. Non videri, quomodo à definitione syllogismi istæ conse- 36

quentiæ excludantur. Unde si non ostendi potest, per quid à definitione syllogismi excludantur, consequens erit esse istos syllogismos. 2. Istæ consequẽtiæ continent discursum. Progreditur enim intellectus in iis (loquendo de conversione propositionũ) à conversâ propositione ad convertentem, Sic: omnis voluptas est bona. E. quoddam bonum est voluptas. At discursus est tertia operatio intellectus, quæ dirigitur solùm per syllogismum & methodum. At iste discursus non pertinet ad methodum E. pertinet ad syllogismum.

37 *Conversiones consecutivæ an sint Syllogismi?*

Pro decisione quæstionis dico duo. 1. *Istæ propositionum conversiones, non sunt simpliciter syllogismi propter rationes antea factas.* 2. *supponunt tamen aliquod principium, ex quo habent vim quandam syllogisticam, sicque sunt q. per ἀναγωγὴν syllogismi.* Potest autem illud fundamentum esse aliqua identica propositio. e.g. universalis negativa per Aristotelem 1. *prior. c.* 2. convertitur in universalem negatam, ut: *Nulla voluptas est bona. E. Nullum bonum est voluptas.* Reducitur sic. *Nulla voluptas est bonum. Omne bonum est bonum. E. Nullum bonum est voluptas.* Ista tamen reductio in aliis non ita facilis est, & quotiescunque est, satis est obtorta, nec satis naturalis, unde magis existimo, consequentias illas conversivas syllogismos non esse.

38 *Per quid à syllogismi definitione excludãtur conversivæ consequentiæ?*

Igitur ad *primum* respondeo. Excludi has consequentias, cùm à definitione Aristotelis, tum etiam à definitione Rami, adeoque & nostra. Aristoteles enim *loco supra citato.* ait: syllogismum esse talem λόγον in quo positis quibusdam aliud à positis necesse sequitur τῷ ταῦτα εἶναι, hoc est, *eo ipso quia talia sunt.* Ubi hæc posteriora verba Aristoteles 1. *prior. cap.* 1. Sic declarat, quòd syllogismus talem contineat dispositionem, ut necesse sit conclusionem

nem certam ſequi, non adſcito ullo alio termino, vel cauſa; Quod non eſt in iſtis converſionibus. Deinde etiam non convenit illa particula, quod in ſyllogiſmis, dicit Ariſtoteles ſequi *ἄλλο* à poſitis. Nam in converſione ſequitur idem. Vide Flacium *l.* 5. *Log. gen. c.* 2. 39. Clarius autem eædem converſiones excludantur à definitione Ramæa, ut patet, ſaltem recenſendo eam. Ramo enim ſyllogiſmus eſt *διάνοια*, quâ quæſtio cum argumento ita diſponitur, ut poſito antecedente neceſſariò concludatur. At in iſtis converſionibus non eſt argumentum diſtinctum à quæſtione, cum iidem termini ſint in antecedente & conſequente.

Ad *ſecundum* reſpondeo: Converſionem propoſitionum eſſe quendam diſcurſum, ſed propter dicta ſatis is eſt imperfectus, unde convenientius docetur in doctrina axiomatum, tanquam affectio aliqua eorum. Atque hinc conſequenter dicendum eſt, quod diſcurſus, qui dividit ſyllogiſmum & methodum, intelligendus ſit q. *κατ' ἐξοχὴν*, de eo, qui perfectiori modo diſcurſus eſt, atque ſic ſub eo iſta converſio propoſitionum non continetur. ut ex dictis patet. 39

Converſiones illæ an ſint diſcurſivæ?

III. QVÆSTIO.

An Deo conveniat Syllogiſmus?

Senſus quæſtionis eſt: an Deus utatur ſyllogiſmo; Idque ſui gratiâ. (Nam propter nos Deum uti ſyllogiſmo, quo nobis aliquid inſinuet, vel manifeſtet, dubium non eſt) Et ſic negatur iſta à Scaligero *exercit.* 307. *ſ* 8. Deus, *inquit*, non diſceptat, non ratiocinatur, non proponit, non colligit, non cum alio confert, non ab ullo accipit. Et ſic etiam Auguſtin. *lib.* 15. *de Trinitat. cap.* 14. Deus non particulatim ſed ſigillatim omnia videt, 40

velut alternante conceptu, hinc illuc, inde huc, sed omnia videt simul. Et confirmatur, quia discursus notat imperfectionem cognitionis. At nulla imperfectio convenit Deo. Antecedens patet dupliciter. Nam 1. in discursu est successio cognitionum, quæ requiritur, quia intellectus discurrens non potest omnia simul intelligere. 2. In discursu est processus ab eo, quod est notum, ad id quod est ignotum. Elicitur enim aliqua conclusio cujus adhuc fuit ignoratio vel dubitatio, ex præmissis certis & cognitis. At utrumque hoc imperfectionem denotat. Confer Thomam 1. *part. qu.* 14. *a.* 17. Suaretz *in Metaph. disp.* 30. *s.* 15. *n.* 2.

Discursus implicat multiplicē imperfectionem.

41 *Objici* hic solet: Cognitio effectus per causam est discursus. At in Deo est cognitio effectus per causam. Cognoscit enim omnia per se ipsum. E. in Deo est discursus. Et per consequens etiam non repugnat ei facere syllogismum.

II. Videtur perfectio esse, posse discurrere. Per hoc enim elongamur à brutis aliisque rebus. Ergo videtur Deo competere, sicut & aliæ hominis perfectiones, per quas superat bruta, veluti intelligentia, Libertas agendi, Bonitas, misericordia, justitia, &c. Etsi singulis istis in Deo conveniat excellentior gradus.

42 Respondeo ad *primum*: Phrasin illam, *per aliud cognoscere* esse ambiguam, unde clarioribus terminis uti possumus, ad hanc rem explicandam. Dicitur igitur modus cognoscendi duplex esse, *in alio* & *ex alio*. Ex alio igitur aliquid cognoscimus, cum unius cognitionem deducimus ex cognitione alterius. *In alio* autem cognoscimus, cum unum in altero intuemur, quomodo Angeli intuentur in Deo creaturas, ut cum imaginem Petri cognoscimus in speculo. Discurrere igitur est cognoscere unum ex alio, ut ex

Cognoscendi duplex modus.

ut ex ſuperius dictis conſtat. Et proinde diſcurrere à cauſa ad effectum, eſt ex cognitione cauſæ elicere cognitionem effecti. Iſtud autem elicere arguit, antea non fuiſſe cognitum effectum. Ex dictis clarũ eſt, cum Deus cognoſcit creaturas per ſe, eum non cognoſcere eas ut *ex* ſe, ſed ut *in* ſe, quod non eſt diſcurrere, ut dictum eſt.

Ad *ſecundum* reſpondeo: Diſcurrere eſt perfectio, ſed media, & non eſt perfectio ſimpliciter, propter imperfectiones, quas antea oſtendi reperiri in diſcurſu, unde ſic diſſimilis eſt diſcurſus ab aliis noſtris attributis.

QVÆSTIO IV.

An Bruta faciant ſyllogiſmos?

Hæc quæſtio eadem eſt cum iſta ferè: *An Bruta utantur ratione*? Nam per rationem intelligitur vis 43
diſcurſiva ab uno ad aliud, ſicut Scaliger definit *exerc.*307.*ſ.*5. Ratio, inquit, eſt vis animæ, quæ movet ſe ab effectibus ad cauſas inveſtigandas & viciſſim à cauſis, ad ea quorum illæ cauſæ ſunt. Græci λόγον & διάνοιαν vocant: Sic & poſtea. *ſ.* 38. Ratio eſt nihil aliud, quàm poteſtas ad motum qui ducit ad concluſionem. Vide & *ſ.*34.*ibid.* Cæterùm Brutis rationem & ſic vim ſyllogizandi tribuunt Laurentius Valla, Plutarchus & alii, intuentes inprimis eorum, quam etiam Ariſtoteles appellat in rebus ſuis perficiendis, prudentiam, ad varias res ſagacitatem, diſciplinabilitatem, & quæ ſunt hujus generis alia; ſed tamen quod iſta non proficiſcantur ab intellectivo principio, ſed potius ex phantaſia ipſorum, inde manifeſtum eſt, quod actus iſtorum animalium ſemper ſint uniuſmodi. Omnes aves eodem modo alveos ſuos diſponunt, araneæ ejuſdem generis eodem modo telas ſuas texunt, & ſi quando aliqua a-

Ratio quid

nimalia ad actus alioqui sibi non naturales adsuefiant, similiter tamen eodem modo mota ab objectis, non possunt non id agere ad quod assueverunt, puta, ut saltet equus, si audiat pulsari Cytharam ipsius saltationi adhiberi solitam. At hæc longissimè absunt à cognitione intellectiva, quæ semper est conjuncta cum voluntate, & sic cum facultate agendi libere. Sed pleniorem hujus rei discussionem Physicis relinquo.

TITULUS III.

DE PARTIBUS SYLLOGISMI.

44 Partes syllogismi sunt vel materiales, vel formales: Et materiales significantur bifariàm. Primò per tres propositiones. Secundò per tres terminos. Unde tria sunt membra hujus sectionis. 1. De propositionibus syllogisticis. 2. De terminis syllogisticis. 3. de forma syllogismi.

ARTICULUS I.

De propositionibus syllogisticis.

45 Igitur nomina istarum vulgò sunt hæc: Propositio, Assumptio, Conclusio.

I. De propositione majori.

Explicatur ambiguitas in voce propositione.

I. Vox propositionis in doctrina syllogistica trifariàm sumitur. 1. pro omni axiomate, sive Enunciato, quod in syllogismo ponitur. Et sic comprehendit propositionem (specialiter dictam) Assumptionem & conclusionem, sicut & in titulo proximo locus usurpatum. 2. strictius sumitur. Et est idē quod præmissa, unde sic complectitur Assumptionem & propositionem (specialiter dictam.) Præmissæ n. dicuntur proponi vel προτείνεσθαι ad inferendam conclusio-

clusio-

clusionem. Et secundum hanc notationem conclusio non potest dici propositio vel πρότασις, ut Zabarella docet 1. *poster. t.* 13 *p.* 669. Est autem ista significatio hujus vocis, cum propositio dicitur major vel minor. Nam ibi & de majori & de minori enunciatur, quod sit propositio. Et per minorem tamen intelligimus assumptionem, per majorem, propositionem (specialiter dictam) unde utraque istarum erit propositio. 3. strictissimè sumitur, & comprehendit solùm primam præmissarum, sive est idem quod propositio major.

Ex dictis apparet: primi axiomatis in syllogismo esse tria nomina, nempe propositionem, majorem, & majorem propositionem. 46

Sed unde cognoscitur: *An aliquid sit propositio in syllogismo annon?* Respondeo: Propositionem ut plurimum poni primo loco inter axiomata, ex quibus constat syllogismus. Dico *ut plurimum*. Quia quandoque contingit κρύψις in syllogismo, ut partes syllogismi transponantur; adeoque propositio tùm primùm locum non habet. Ex quo statim apparet, propositionis signum necessarium non esse, istum primum in syllogismo situm. Signum autem necessarium, est dispositio quæstionis cum medio termino, talis. Nempe videndum est, ubi pars quæstionis consequens, aut tota quæstio disponatur cum medio termino. Unde duo sunt προέισματα. 1. Illa est propositio, in qua prædicatum vel pars consequens quæstionis disponitur cum medio. Estque talis constitutio propositionis, in syllogismo simplici. 2. Illa est propositio, in quâ tota quæstio disponitur cum medio termino. Estque id in syllogismo composito.

Propositio non semper ponitur primo loco.

2. *De Assumptione.*

Secundum axioma in syllogismo dicitur *Assumptio*. Dico autem *secundum*; Non in ordine situs simpliciter: Sed in ordine situs, quem propositiones habent secundum naturam. Sicut enim per κρύψιν transponebatur propositio major in locum minoris. Ita etiam Assumptio potest transponi in primum locum inter axiomata syllogistica. Per naturam tamen, & citra κρύψιν assumptio debet esse secundum axioma. Est autem signum Assumptionis (non considerato ordine istorum axiomatum) hoc, quod Assumptio continet subjectum vel partem antecedentem quæstionis.

Explicatur vox Assumptionis.

Est autem hic observandum: vocem Assumptionis aliquando ita sumi, ut propositio etiam dicatur Assumptio, ut docet Monlorius 1 *prior c.4. in schol. p.* 42 Aristoteles igitur omnem partem syllogismi quę alii priori adjungitur vocat πρόσληψιν assumptionē. At cōtingere potest ut argumētans primò sumat Minorem. Tunc igitur major dicitur, phrasi Aristotelica assumi προσλαμβάνεσθαι. Sic Arist. 2 *prior. c.* 27. Ait: si in Enthymemate propositio, quæ omissa fuerat προσληφθῇ assumatur, tunc fieri syllogismum. At in Enthymemate non solùm omittitur minor sed & major. Ergo etiam major dicitur προσειληφθῆναι assumi. Sic & 1 *prior. cap.* 5. ait: Imperfectos syllogismos perfici προσλαμβανομένων τινῶν *assumptis quibusdam.* At isti imperfecti syllogismi sunt etiam per carentiam propositionis. Propositio igitur etiam dicitur assumi. Nihilominus satis bene ista secunda propositio vocatur *assumptio*, quia scilicet assumitur ad propositionem, tanquam istâ ordine naturæ priorem.

Etiam propositio potest dici assumptio.

Tria

Tria autem sunt nomina Assumptionis: *Minor, propositio minor, & assumptio.*

Circa utramque autem hanc partem syllogismi 48
est animadvertendum esse aliqua nomina utrique communia. Ut sunt: *Præmissa, propositio, pars antecedens.* Aristoteles frequenter vocat λήψεις & λήμματα h.e. *sumptiones.* Vide 1. *Top.* 11. *Top.c.*1.1.*prior.c.*1. Et ea nomina omnia intelligunt respectu conclusionis. Nam propositio & assumptio proponuntur, & præmittuntur conclusioni, & eam antecedunt & sumuntur ad eam inferendam.

Nomina communi propositionis & Assumptionis.

3. *De Conclusione.*

49 Hæc vox etiam ambigua est. Cicero *l.* 2. *de Divinat.* accipit pro toto syllogismo. *Conclusio rationis ea probanda est, in qua ex rebus non dubiis, id quod dubitatur efficitur.* Ubi, si bene observ[...] conclusione ponit tum id quod efficitur ex non dubiis, tùm etiã ipsas res non dubias, h.e. propositionem & assumptionem. Id autem quod tale est, est ipse syllogismus. *Deinde* conclusio sumitur pro illa parte syllogismi, quæ ex præmissis infertur & colligitur. Vocatur aliâs *pars consequens* syllogismi.

Explicatur ambiguitas in voce conclusionis.

QVÆSTIO I.

An conclusio poßit dici propositio?

50 Zabarella negat 1.*post.ad t.*13.*p.*669. Additque rationem. *Nomen propositionis, inquit, conclusioni conveniens non est, & quisquis conclusionem propositionem vocat non rectè loquitur, quia propositio dicitur tanquam proposita conclusioni.*

Nihilominus in oppositum est, quòd vulgatissimè ἰσοδυναμοῦντα censentur, Axioma, Enunciatum, Propositio. Et confirmatur, quod definitio propositionis accommodari potest etiam conclusioni. πρότασις (quod nomen optimè vertitur propositio) est 51

Conclusio potest dici propositio.

oratio affirmans aliquid de aliquo, ait Arist 1. *prior. c.* 1 §. 4. At tale quid etiam est conclusio. Ergo conclusio est πρότασις sive propositio. Fatetur ex hoc argumento id Monlorius 1 *prior. c. 26. schol.* 1.

52 Ad argumentum igitur Zabarellæ respondeo. I. A notatione non ducitur firmum argumentum. Est n. aliquando latior, aliquando angustior. Et non rarò contingit, nominum significationem transferri ad ea, quæ sub notatione non continentur. II. Si generaliter danda sit notatio propositionis, illa dicetur à proponendo. E. propositio dicetur, quia proponitur, sive proponatur, ut probetur, sive ut probet. Conclusio a. utriq; proponitur ad probandum, vel ut probanda. Sic Proclus *l. 3. comm. in Euclid.* ait propositionem appellari, id quod proponitur demonstrãdum: Vide Monlorium 1. *prior. c. 26.* Ex quo sua transscripsit Goclen. *l. 4. problem. q. 5.*

QVÆSTIO II.

An assumptio poßit dici propositio?

53 Videtur quod non, quia Assumptio notat veluti accessum unius ad aliud. At propositio non accedit ad axiomata alia, sed alia accedunt ad ipsam. Nihilominus satis clarè patuit in prioribus: Assumptionis vocem competere etiam propositioni majori, in quantum scilicet in imperfecto syllogismo ipsa prius omissa, accedit alii axiomati (Assumptioni & conclusioni) posito. Et per hoc solutum etiam est prius argumentum. Vide de his Monlorium 1. *prior. cap. 4. p. 42.*

QVÆSTIO III.

An conclusio sit pars syllogismi?

54 Hâc in re tres sunt opiniones. 1. Eorum, qui existimant conclusionem non esse Syllogismi partem

sed

[s]ed effectum. Hi igitur existimant Syllogismum esse nihil aliud quàm collectionem vel dispositionē præmissarum. 2. Alii volunt esse partem syllogismi formalem. 3 Alii dicunt materiam vel partem materialē: Mea sententia est: posse dici partem materialem syllogismi, quam amplectuntur etiam Buran. *l. 1. pr or. comm.* 2. Monlor. *lib. 1. de ratioc. c. 4 schol. 1. p.* 44. Philoponus 1. *prior.* 1. Conimb. *ibid. q.* 2. *a.* 2. Fortun. Crell. *lib.* 3. *Log. comm. c.* 3. Hippius *in probl. Log. q.* 28. Aliorum tamen sententia prius inducenda est.

1. *An Conclusio effectum sit syllogismi?* 55

Igitur conclusionem esse non partem sed effectū syllogismi, probant aliqui sic. *Primò* autoritate Arist. ex *l. 1. prior. c.* 26. *Manifestum est*, inquit *syllogismū constare ex duobus pronunciatis & non pluribus.* At si conclusio esset pars syllogismi, constaret syllogismus ex tribus pronunciatis. Sic & 1. *prior. c.* 22 ait: Syllogismum esse accommodatum ad conclusionem & constare è pronunciatis accommodatis ad conclusionē. Rursus 1 *post. t.* 8. Demonstrationem (quæ est syllogismus) vocat Geometricam, cujus medium est Geometricum. Etiamsi conclusio esset Arithmetica. At hoc non esset, si conclusio contineretur intra essentiam syllogismi. Et definiens syllogismum, *lib. 1 prior. c.* 1 ait eum esse λόγον, in quo, positis aliquibus, *aliud* sequatur, ubi non obscurè significat, conclusionem esse aliud è præmissis.

Deinde idem probant rationibus. Syllogismus causat conclusionem. E. conclusio non est pars syllogismi. Non enim potest unum idemque esse pars & effectus ejusdem. Antecedens patet, quia syllogismus causat opinionem (probabilis) vel scientiam (demonstrativus) sed illa opinio vel scientia est nihil aliud quàm conclusio. 2. Conclusio non est pars discursus. Ergo nec est pars syllogismi. Patet consequentia, quia Syllogismus est discursus. 56

Ante-

Antecedens patet, quia, discurrentes, discurrimus ad eliciendam conclusionem. Et per hoc solùm conclusio est terminus discursus. Sicut igitur terminus v.g. lineæ, non est pars lineæ: Ita nec terminus discursus potest esse pars discursus.

3. Si conclusio esset pars syllogismi, tùm etiam ejus mentio fieret in definitione figurarum. Nam figuræ sunt Syllogismi. Id autem non est, ut patet ex 1. *prior c.* 4. *seqq.* ubi Aristoteles definit figuras solùm ex diversa dispositione præmissarum, ut patet. Hanc sententiam tenent & ita tradunt Albertus 1. *prior. tr.* 1. *c.* 5. Niphus 2 *posteri, com.* 2. Monlorius 1. *prior. c.* 26, Dn. Arnisæus *in Crell-um libr.* 3. *part. comm. c.* 3 *p.* 307. seq. Argumenta hæc deinceps solventur.

2. *An conclusio sit forma syllogismi?*

57 Hæc secunda censetur esse sententia in hac controversiâ. Tribuiturque Zabarellæ, qui *in tabulis Logic. f.* 149. ait: conclusionem supervenire præmissis, tanquam formam, quæ materiam perficiat. Et ita multi alii Philosophi loquuntur. Non invenio tamen probationem, quæ conficiat, conclusionem esse formalem partem vel causam Syllogismi.

58 *Quomodo possit dici forma?*

Hac in re Existimo: diversitatem nullam esse in re, sed solùm in modo loquendi. Non enim existimo, Zabarellam aliosve, per formam, in præsenti intelligere id, quod aliàs causa formalis dicitur, sed conclusionem appellant formam, per similitudinem ad formam, quia aliquod illius officium exercet, nēpe, quod distinguit syllogismum à rebus aliis. Similem censeo esse modum loquendi, illi, quo multi dicunt, ultimam unitatem in numero, velut ternario, quaternario, &c. esse formam numeri, qua locutione utitur Thomas, *9. Metaph. adt.* 10. Et enim unitas numeri forma, non est aliter, quàm analogiâ & pro-

Unitas quomodo sit forma numeri

portio-

portione, ut bene explicat Suaretz *disp.*41. *Metaph.s.*
1. *Num.*12.

3. *Conclusionem esse partem Syllogismi materialem.*

Igitur primâ sententiâ dimissâ, & secundâ commode explicatâ, assero: conclusionem esse partem materialem vel integralem syllogismi. 59

Initiò autem aliqua sunt advertenda. Primò, vocem syllogismi esse ambiguam, ut superiùs dixi, unde plenius repetatur. Nempe 1. aliquando sumitur pro solis præmissis, aliquando pro solâ conclusione, aliquādo pro aggregato ex his. II. Et proinde, quòd Syllogismus aliquando sumitur pro solis præmissis, non efficit, ut conclusio non sit pars Syllogismi, sicut nec premissæ desinunt esse partes Syllogismi, etsi Syllogismus aliquando sumatur pro solâ conclusione, ut sæpe sumpsisse vocem syllogismi, autor est Monlorius 1. *de Ratioc.c.*4.*sel ol.*1. III. Rursus ex dictis sequitur: non esse nunc quæstionem, an in aliquâ syllogismi significatione conclusio sit pars syllogismi an non; Sed an vox syllogismi ita sumi possit, ut conclusio cum præmissis eum constituat, aut etiam, an ista vox apud bonos autores ita sumpta sit, ut includat conclusionem, ut partem.

His positis statuo aliquas propositiones. I. *Conclusio non est pars Syllogismi sed effectus*, quatenus Syllogismus sumitur pro præmissis. Hoc per se clarum est, quia conclusio sequitur præmissas. Et istis ordine naturæ est posterior. At pars est prior toto. Et nihil frequentius est, quàm dicere, conclusionem fluere ex præmissis & quæ sunt loquendi genera alia, huic similia. 60 *Quatenus conclusio sit effectus syllogismi.*

II. *Conclusio non est formalis causa syllogismi.* Ita patet, quia de ratione formæ est, ut immeet in materiam, At conclusio non est diffusa ad præmissas, sed aliis 61 *Cōclusio nō est forma syllogismi.*

ab iis est sejuncta. Deinde: unius & ejusdē rei essent duæ formæ: Tùm, quia arte factorum forma est dispositio & coordinatio partium: proindeq; istam formam haberet syllogismus, & præterea præ forma esset conclusio: Tū etiam, quia sæpe unius syllogismi fiunt plures conclusiones. Alia mitto. Quo tamē sensu cōclusio possit dici forma syllogismi, ante dictum est, *numero* 58 *hujus capitis*.

61 *Conclusio est pars materialis syllogismi.*

III. *Conclusio est pars materialis sive integralis syllogismi.* Ac primò conclusionem esse partem syllogismi, patet, quod alioquin syllogismus nō esset discursus. Nā discursus est ista mentis operatio, quâ intellectus unū elicit & deducit ex alio. Ergo ad essentiam discursus pertinet id unde elicitur, & id quod elicitur. Et confirmatur, quod alioquin discursus non distingueretur à secundâ operatione mentis, si ipse non eliceret unum ex alio. Si ergo ad discursus essentiam, pertinet id, unde aliquid elicitur, & id quod elicitur, utiq; utrunq; est etiam in syllogismi essentia. At illud sunt præmissæ. Hæc conclusio. Deinde Arist. ita sumpsisse vocem syllogismi, patet ex syllogismi definitione. Ibi n. ait syllogismum esse λόγον *in quo* ex positis aliud sequitur. Ergo judicat Arist. *in* syllogismo esse & illud *aliud* & etiam τεθέντα *posita*, hoc est, præmissas.

Altera a. pars nostræ propositionis clara est, quod nempe conclusio sit pars integralis seu materialis syllogismi; Nā si est ejus pars, & non formalis (quorum utrumque confirmatum est, nihil aliud relinquitur, quam quod sit pars materialis.

4. *Solvuntur & explicantur argumenta primæ opinionis.*

62 Ac primò Aristot. testimonia explicanda sūnt. Ad primum. Responderi potest bifariàm. 1. per προτάσεις sive pronunciata Aristotelem non intelligere quodvis axioma Syllogisticum, sed præmissas. Ita n. plerunque saltem, si non semper Aristoteles eâ voce utitur.

sui. Et ita admitto verum syllogismum constare solùm duabus προτάσεων, hoc est, duabus præmissis: quod nihil officit nostræ disputationi. *Deinde* respōderi potest: Aristotelem voce Syllogismi uti præcisè. Fatemur nos syllogismum aliquando significare solam dispositionem præmissarum. Inde autem non sequitur, syllogismi partem nullo modo esse conclusionem. Quemadmodum etiam syllogismus aliquando accipitur pro solâ conclusione. Neque tamen inde sequitur: præmissas in alia significatione non esse partes syllogismi. Sic Philosophia aliquando accipitur pro solis disciplinis practicis. Unde tamen non sequitur, alia significatione sub nomine Philosophiæ non comprehendi disciplinas speculativas & sic in aliis. Et hæc etiam est ad secundum argumentum responsio.

Ad *tertium* Respondeo: negando consequentiā. 63
Nam quod syllogismus Geometricus appellatur, qui habet medium Geometricum, etsi habeat conclusionem Arithmeticam, id est inde, quia in syllogismo potior est ratio medii, quàm extremorum, quæ in conclusione solùm sunt. Et hoc ipso, quia à potiori fit denominatio, syllogismus appellatur à medio, non autem à conclusione sive extremis. Est ergo Elenchus causæ.

Ad *quartum* Respondeo. In definitione syllogis- 64
mi, cùm dicitur aliud sequi, conclusio dicitur esse aliud non à syllogismo, sed à positis sive præmissis. Ita patet 1. quia expresse dicit Aristoteles ἕτερόν τι τῶν κειμένων, *aliud à positis*. 2. quia aliâs definitum ingrederetur definitionem Nempe syllogismus est λόγος in quo positis quibusdam aliud à syllogismo sequitur. At tales definitiones sunt nugatoriæ.

Ad *primam* rationem respondeo 1. dici; posse syl- 65
logismū cùm dicitur scientiam causare vel opinionē, sumi posse itidē, pro collectione præmissarū. Et

sic

Syllogismus quomodo causet scientiam.

sic nihil est ad rem. Nam nemo dicit conclusionem esse partem syllogismi, hoc est, præmissarum. 2. Si syllogismus ibi sumatur pro toto syllogismo, tum potest dici, id prædicari de syllogismo, per Synecdochen, quia scilicet secundùm alteram sui partem hoc est præmissas causet opinionem & scientiam. 3. Conimbricenses 1.*prior.cap.* 1. *q.* 2.*a.*2 *in fine*, animadvertunt, in tali modo loquendi non necessario significari diversitatem syllogismi à conclusione sive scientiâ vel opinione. Nam definitio dicitur causare definitivam cognitionem, quæ tamen sunt idem. Unde sic dicendum esset, causare, nunc sumi impropriè.

66 Ad *secundam* rationem respondeo esse Elenchum definitionis in voce discursus. Nam discurrere non est intellectio ad eliciendam conclusionem, tãquam aliquid à discursu distinctum: Sed est intellectio eliciens ex aliis conclusionem. Secus enim ut dictum *a.* 3.*h.quæstionis*, non distingueretur intellectionis hic gradus, à gradibus aliis. Et sic invertendum est argumentum, quod ex ratione discursus sumitur, ut supra factum est.

Cur figuræ ex præmissis solis definiantur?

67 Ad *tertiam* Respondeo: Figuræ solùm definiuntur mentione præmissarum & non conclusionis, quia in istis solùm est dispositio medii termini, cujus varietas facit varietatem figurarum. Unde est Elenchus causæ in argumento proposito.

ARTICULUS II.

De terminis Syllogisticis.

68 Sancit Aristoteles, 1.*prior.c.*25. debere esse tres terminos in syllogismo. Et hi termini appellantur, terminus *major*, *minor*, & *medius*, sive *argumentum tertium*, quæ quid sint satis clarè patet ex Theorematibus, solùm nunc enodandæ sunt aliquæ quæstiones

nes. Et de hinc agendum est de inventione, ac constitutione medii termini.

I. QVÆSTIO.

Cur illæ partes syllogismi appellentur Termini?

Aristoteli Græcè appellantur ὅρους. Ὅρος autem Latinè est terminus, non verbum, ut Perionius interpretatur. Differit autem hâc de re Monlorius 1.*prior*.c.1.*in schol* 9.*p*.13. Ex quo pauca extraham. Igitur variæ possunt esse significationes hujus nominis. 1. ut dicā ur termini, quia terminant & concludunt pronunciatum. Sunt enim termini isti materia, ex quâ conficitur propositio. 2. Quia terminat resolutionem axiomatum Syllogisticorum. Resolvitur enim axioma in terminos. Ita sumitur ex definitione termini, quam Aristot. tradidit. 1.*prior*.c.1. & Damasc. *in Dialectica*.c.64. ὅρον ἣ καλῶ, inquit, εἰς ὃν διαλύεται πρότασις. 3. Sic dicuntur, quia sunt prima principia, unde incipit prima factura vel compositio syllogismi. Et sic materia illa syllogistica dicitur terminus, tàm à quo quàm ad quem. *A quo*, quia ab illis sumitur initium syllogismi. *Ad quem* quia terminant resolutionem syllogisticam. Euclides *lib*. 1. *Elementorum* ait ὅρον esse ὅ τινός ἐστι πέρας. quod alterius est extremum Quod congruit in terminos Syllogisticos. Plura vide citato loco. 67

Cur hæ partes syllogismi dicantur termini?

QVÆSTIO II.

An medius terminus recte dicatur medius?

Argumentum tertium Aristoteles appellat μέσον ὅρον, medium terminum 6. *Eth*.c.10. Et seorsim ὅρον appellat 1.*prior*.c.25 μέσον *a*, 1.*prior*.c.4.5.6. Videtur autem pugnantia esse in hâc complicatione. 68

Nam terminus notat extremitatem, sicut Euclides cit l. dicebat ὅρον esse πέρας. At medium opponitur extremo. Ergo si quis sit terminus, non videtur esse medium, & si sit medium, non videtur esse terminus.

69 *Medium rectè dicitur terminus.* Hâc in re dico I. medium terminum (qui sic dicitur) rectè vocari *terminum*, ob causas priori quæstione positas, quæ non minus conveniunt argumento tertio ac terminis cæteris.

79 *Et medius.* II. Rectè etiam ille terminus dicitur *medius*, idq; tam ratione situs, quam ratione officii. Hoc enim officium est illius termini, ut terminos extremos uniat & conjungat, quomodò arbitrum vocamus mediatorem, qui partes extremas & diffidentes, cōjungit. In primâ tamen figurâ ait Arist. medium etiam esse medium θέσει hoc est situ sive positione.

QVÆSTIO III.

Quot terminos oporteat esse in syllogismo?

71 *Sufficientia trium terminorum.* Aristoteles tres requirit 1. *prior. c.* 25. Et illorum numerus sufficientiaq; satis patet inde. In syllogismo requiritur conclusio. Hæc cum sit axioma integrum, requirit duo argumenta, sive duos terminos. Illi a. duo termini conclusionis in syllogismo ostendendi sunt, quòd vel affirmentur vel negentur, quod non est aliter quam per convenientiam aut disconvenientiam ad alium terminum. Ille erit ergo tertius terminus. Sic ergo nec plures nec pauciores debent esse in syllogismo.

72 *Vnde sint numerandi termini?* Sunt autem hic aliqua observanda. 1. Tres terminos non esse numerandos ex numero vocum vel terminorum simplicium. Sed terminus unus est qui facit unam partem axiomatis, subjectum vel prædicatum, etsi pluribus dictionibus enuncietur. Indeque contingit sæpe ut unus terminus multa conglomeret. Veluti:

Ille

Ille est verus Messias, qui leprosis sanitatem, cœcis visum, surdis auditum restituit, qui venit sub finem. 70. Hebdomadum Danielis, sub finem sceptri Judaici, stante Bethlehem & templo Zorababelis, &c.

At Jesus Nazarenus restituit leprosis sanitatem, surdis auditum, &c.

Ergo Jesus Nazarenus est verus Messias.

Ibi tres termini sunt hi. 1. Verus Messias. 2. Jesus Nazarenus. 3. Leprosis sanitatem restituere, cœcis visum & quæ sequuntur.

Estque 2. ad hæc observandum, cùm talis multarum vocum conglobatio fit, ut plurimùm assumptionem non repetere omnia in propositione posita, sed compendium sæpe fieri. Veluti. *At talis est Messias.* Aut, ut positis aliquibus, omissis cæteris, dicatur, *&c.* Et tum adhuc sunt iidem termini, vi harum vocularum (*talis* & *cætera*) qui fuerant propositi. 73 *Compendium in conglobatis syllogismis.*

3. Observandum est, illos terminos tres non esse necessariò realiter differentes. Satis igitur est, si distinguantur conceptibus logicis. Ita hic syllogismus habet tres terminos. 74

Omne Ens est bonum.
Accidens est Ens.
Ergo Accidens est bonum.

Etsi Ens & bonum realiter sint idem. Sic bonus est syllogismus.

Quicunq; est æternus, is est Deus.
At filius Dei est æternus.
Ergo est Deus.

Etsi esse Deum, & esse æternum idem sint. Idemque est de syllogismis ex definito & definitione. 75

4. Observandum est: non fieri quatuor terminos, Si, prout fert constructio Grammatica, termini adjectivi mutentur in alia genera

aut persona una in verbis mutetur in aliam. Veluti Omne animal est sensitivum. Omnis homo est animal. Ergo omnis homo est sensitivus. Hic idem terminus est, *sensitivum sensitivus*. Etsi genera varient. Item. Qui dicit blasphemiā in spiritum sanctū ejus peccatum est irremissibile. Atq; vos Judæi dicitis, &c. Hic non fiunt 4. termini, etsi verbum tertiæ personæ *dicit* in propositione, mutetur in assumptione in secundam personam, *dicitis*.

76 *De πλοκῆ in terminis.* 5. Est observandum. Esse aliquos terminos in quorum propositione est aliqua πλοκὴ, hoc est, ejusdem de eodem prædicatio cum quadam emphasi quales sunt: *Quod scriptum est, scriptum est. Homo est homo*, &c. Hic & in similibus prædicata connotant Emphasin. Nam illud prædicatum *scriptum est* significat idem quod, ita scriptum est, ut permanere oporteat. Et alterum prædicatum *homo* valet idem, ac aliquid mortalitati ac errori obnoxium. Et hinc non est putandum, cum ex talibus propositionibus fiunt syllogismi, quòd isti syllogismi constent duobus terminis. Nam aliud est homo simpliciter & aliud est homo cum accessu alterius empheaseos. Et sic, qui est terminus unus materialiter, hoc est attendendo solùm vocis structuram. Est tamen terminus duplex formaliter, hoc est, attendendo significationem ejus. Veluti. Quod scriptum est, scriptum est (hoc est permanebit scriptū. Atqui scriptum est: Jesus Nazarenus est Rex Judæorum. Ergo illud scriptum est (hoc est permanebit scriptum.)

77 6. Observandum est: Tres terminos esse in syllogismis, non plures, non pauciores, in iis scilicet, qui manifesti & perfecti, non autem qui imperfecti & Cryptici sunt. Hi enim sæpe sunt Conglobati, & non unus syllogismus, sed potestate plures sunt syllogismi. Hoc docet Aristoteles 1. *prior. c.* 25. ponens

nens exceptionem regulæ hujus de tribus terminis. *Manifestum est*, inquit, *omnem demonstrationem fieri per tres terminos & non plures. Nisi per alia atq; alia argumenta fiat conclusio.* Cumque hæc fiunt, non unus, sed plures sunt syllogismi. Rursus id est in prosyllogismis inductione, &c. Exempli gratia. Aristotel. 2. *Phys.* c. 8 *t*. 7. concludit. Quæ arte fiant alicujus gratia sunt, sed ars imitatur naturam. Ergo & quæ fiunt naturâ, alicujus gratiâ fiunt. His plures tribus termini sunt. Arte fieri. Natura fieri; Alicujus gratia esse. Et Naturam imitari. Nihilominus bonus syllogismus est, sed Crypticus, Involvens duos, vel est syllogismus involvens suam probationem Prior est Enthymematicus. Quæ arte fiunt alterius gratia sunt. Ergo & quæ natura fiunt alterius gratia sunt. Probatio hujus Enthymematis est, quia ars imitatur naturam.

Ex his judicari potest quid sentiendum de syllogismo hoc:

Dextra Dei est ubique.
Christus sedet ad dextram Dei.
Ergo est ubique. 78

Hic Calviniani vociferantur esse 4. terminos, & perinde ἀσυλλογιστεῖν. Nostrorum aliqui respondent, aliquando licitum esse inflexionem qualemcunq; terminorum. Quod tamen, ut bona cum ipsorum pace dicam, non existimo admittendum. Nam si talis terminorum inflexio stare posset cum consequentia syllogistica. Tunc ea licita esset in quavis materia. Quia consequentia syllogistica, ut sic, est abjuncta ab omni materia. At tunc multæ absurdæ conclusiones fieri possent. Ergo hoc infallibile signum est, inflexionem terminorum, cæteris paribus, vitium esse in syllogismo. Hoc autem sciendum est, esse illum syllogismum Criticum, sicut in alio priori ostensum est, & habere loco propositio-

nis, ejus probationem, Et sic esse potestate geminum. Prior ergo syllogismus est hic: Qui sedet ad dextram Dei est ubique. Christus homo sedet ad dextram Dei. Ergo est ubique. Probatio propositionis (quę est veluti alter syllogismus) est, quia de-
79 xtra Dei est ubique.

7. Observandum est: posse multifariàm contingere, ut plures tribus fiant termini in syllogismo. 1. Si expressè ponantur plures termini: Ut, Credentes salvantur. Judæi sunt hostes Christianorum. Ergo Judæi salvantur. 2. Si sit ejusdem termini qualiscunque inflexio. Vestis est res artificiosa. Corpus humanum est indutum veste. Ergo. Corpus humanum est res artificiosa. 3. Si sit ambiguitas in aliquo termino ut semel propriè, & semel impropriè sumatur. Ut. Petra est res inanimata. Christus est petra. Ergo Christus est res inanimata, &c.

De Analogismo.

80 Pro coronide hic quæri solet de Analogismo. An non is habeat quatuor terminos. Analogismus autem dicitur syllogismus, sumptus ex analogiâ terminorum. Veluti. Quemadmodum se habet caput ad membra: Ita se habet magistratus ad subditos. Sed caput conservat membra. E. etiam magistratus subditos. Hic n. videntur esse quatuor termini. Imò hoc generaliter dicunt omnes Logici, analogiam (disjunctam) esse inter quatuor terminos.

Resp. Analogiam habere quatuor terminos in ratione similitudinis, sed non in ratione syllogismi. H. E. quatuor termini sunt qui faciunt analogicã similitudinẽ. 1. Caput. 2. Mẽbra. 3 Magistratus. 4. Subditi. Quando a. illa analogia facit syllogismũ, tunc analogia solùm habet duos terminos. Unus terminus est relatio capitis ad membra. 2. terminus est relatio magistratus ad subditos. Tertius autem terminus

Analogia habet quatuor terminos.

minus præterea requisitus in|syllogismo est medium, in quo analoga illa conveniunt. Veluti, conservatio, in superiori syllogismo. Et sic apparet: nihil habere analogismum contra regulam de tribus terminis in syllogismo.

QVÆSTIO IV.

De inventione & constitutione medii termini?

Quia medius terminus est potissimum quid in syllogismo, iccircò ejus constitutio diligenter pensitanda est. Certè parum est, syllogismi structuram cognoscere, nisi porestatem illius conficiendi, quæ per medii inventionem conceditur, obtineas, ut Aristot. docet 2. *prior. c.* 28. & confer Coll. Conimbr. 2. *post. in proœm. p.* 725. 81

Ad hanc ergo rem inprimis diligentēr cognoscenda est conclusio, vel quæstio, tum in se tota, cum ratione terminorum. 82

Primum cõclusio cognoscenda.

Et conclusionem quidem, eam in se totam considerando, quod concernit, observandum est, quanta & qualis ea sit, & quæ sint similia istis.

Igitur 1. *Universalis affirmativa difficulter probatur, facile refutatur.* Ita habet Arist. 1. *prior. c.* 27. Et probat, quia ea conclusio difficilius *probatur*, quæ in paucioribus figuris & per pauciores casus probatur: facilius autem, quæ in pluribus figuris & per plures casus concludit. At universalis affirmans nō potest nisi in unico modo, unius primæ figuræ concludi, nempe in *Barbara*, quia figura secunda non habet conclusiones affirmantes & figura tertia non habet conclusiones universales. In aliis autem primæ figuræ modis, non reperitur conclusio universa affirmans. Talis 2. universalis affirmans facilè *destruitur*, quia ostenditur falsa esse, unius particularis vel singularis objectu. Inde Scaliger frequenter vocat 83

De conclusione universali affirmata.

periculosas propositiones universales *Exerc.* 295. & 212. & 317 *s.* 4. & aliâs.

83 *De universali negante.* 2. *Universa negans difficulter probatur facilius evertitur. Facilè*, inquam, *evertitur*. Distribuitur enim, ostendendo particularem affirmantem, quæ istius sit contradictoria. Particularis autem affirmans facile probatur. Ergo hoc ipso facile evertitur ejus contradictoria, quæ est universa negans. Difficulter autem *probatur*. Quia ad veritatem universalis (qualiscunque sit, affirmata an negata nihil refert) requiritur veritas omnium particularium & singularium, quæ isti universali subalternantur. Istiusmodi autem Inductiones sunt probatu valdè difficiles. Facilius tamen probatur universa negans quam universa affirmans, quia hæc concludi potest in tribus modis duarum figurarum, nempe in *Celarent, Cesare & Camestres.*

84 *De particulari affirmante.* 3. *Particularis affirmans facile probatur, difficulter evertitur.* Facile, inquam, *probatur*, quia ejus veritas salvatur, si unicum singulare Exemplum habeatur. Difficulter enim *destruitur*, quia evertitur non nisi per universalem negatam, quæ sit ejus contradictoria. Universalis autem negata difficulter probatur ut visum est.

85 *De particulari negãte.* 4. *Particularis negans facile probatur, difficulter refutatur.* Patet prioribus argumentis. Nam ut *probetur*, satis est, si ad eam habeatur unum singulari exemplum. Ut autem *refutetur*, oportet confirmari ejus contradictoriam, quæ est universalis affirmata, universalis autem affirmata, ut ostensum est difficilimè probatur. Vide de his Aristot. *dict. l.* 1. *prior. c.* 27.

86 *Cognoscẽda extrema in conclusione.* Jam quoad extrema, tenendum est, quòd ex his sumendus sit medius terminus, ut Aristot. docet. 1. *prior. c.* 28. Ut igitur ex istius extremis rectè eruatur medius terminus, varia ibi Aristoteles præcepta tradit.

Igitur

Igitur 1. Expendendum eſt, ſintne termini illi Entia univerſalia an ſingularia. Aliter n. in ſingularibus & aliter in univerſalibus conſtituendus eſt medius terminus. Et frequenter quidem in ſingularibus proceditur ex teſtimonio, in aliis ſecus. *Κριτήρια de extremis unde ſumatur medium*

2. Rectè proponenda eſt quæſtio, de quâ futura eſt diſputatio, ut licet rectè formetur ſtatus controverſiæ. Deinde dividenda eſt, in ſubjectum & prædicatum, & dehinc quærendæ ſunt definitiones & proprietates tam ſubjecti quàm atttributi, item conſequentia & antecedentia. Dicuntur autem cõſequentia hoc loco, ut Monlorius ibi interpretatur, quæ in rectâ argumentatione ex aliis deducuntur Antecedentia verò ex quibus al a ſequuntur.

3. Ad tractandam quæſtionem negantem, ſumenda ſunt, quæ repugnant ſubjecto vel prædicato. Eſtque hic ſubjecti & prædicati eadem ratio. Si enim v. g. nullum animal eſt lapis, tùm ſicut lapis repugnat animali ita animal repugnat lapidi.

4. Ea quæ ſubjectum vel prædicatum quæſtionis conſequuntur, diſtinguenda ſunt. Non enim ſunt ea prædicata uniuſmodi. Igitur ad hanc rem ibi Ariſtoteles docet. 1. Ea conſequentia accipienda eſſe, non quæ partem rei ſequuntur, ſed quæ totam rem ſequuntur. Veluti ſi quæramus conſequentia hominis, non ſumemus, Grammaticum vel Muſicum, vel album, quæ non conveniunt omni ſed alicui, ſimiliterque non ſunt accipienda antecedentia, ex quibus res propoſita ſequitur ex parte, ſed ex quibus totis ſequitur. Veluti ſi quærantur antecedentia animalis, non ſumemus album, nigrum animatum, ſed hominem, leonem, ſentiens. 2. Cum ſubjectum aut attributum quæſtionis, cujus quærantur conſequentia, continetur ſub aliquo attributo univerſo, non ſunt accipienda conſequentia remo-

remota, quæ sequuntur illud attributum universum, sed consequentia proxima, quoniam in his potestate continentur remota, ut qui sumit proxima, etiam remota sumat. Eodemque modo non sunt accipienda repugnantia remota, ut quæ repugnant animali, sed proxima. 3. Non sunt accipienda ea consequentia, quæ sequuntur utramque partem quæstionis, quia ex iis fiet argumẽtatio ex duob. affirmantibus in secunda figura, quod est Sophisticum. Confer Monlorium 1. *prior. c.* 28. 29.

88 *Particulares observationes de inveniẽdo medio termino.* Jam porro illæ generales regulæ sunt applicandæ ad particulares quæstiones syllogismo concludendas, quomodo videlicet quæstiones universales aut particulares, hujus alteriusve qualitatis concludendæ sint. Hâc de re Aristot. agit, 1 *prior. c.* 29. Unde ex Monlorii paraphrasi, ut quæ textum Aristotelis dilucidius referat, præcepta Aristotelica repetam.

89 *Ad quæstionem universalem affirmantem.* 1. Ad concludendam quæstionem universam affirmantem, primum est dividenda in subjectum & prædicatum: tùm sunt inspicienda omnia subjecta & antecedentia attributi, de quibus dicitur ipsum attributum, rursus ea quæ consequuntur subjectum. Quod si in his reperiatur aliquid, quod unum & idem antecedat attributum, & sequatur subjectum, id erit medium accommodatum ad cõcludendam quæstionem propositam. Ut, si velimus cõcludere: omnem hominem esse substantiam quia substantiam antecedunt animal, vivens, corpus, & alia, ac eadem sequuntur hominem, unumquodque ex his erit medium accommodatum. Ut omne animal est substantia. Omnis homo ẽst animal. E. Omnis homo est substantia.

90 *Ad particu-* 2. Ad quæstionem particularem affirmantem spectanda sunt antecedentia utriusque partis, subjecti

rem affirmantem.

jecti scilicet & prædicati. Nam si aliquid reperiatur, quod idem sit antecedens subjecti & attributi. Hoc ipsum est medium accommodatum, ut: si sit quæstio proposita: *An aliquod animal sit album*, medium erit *Cygnus*, & fiet ratiocinatio in tertia figura. Omnis Cygnus est albus. Omnis Cygnus est animal. E. Quoddam animal est album. Vel etiam conversâ assumptione in prima figura. Omnis Cygnus est albus: Quoddam animal est Cygnus. Ergo Quoddam animal est album.

91 *Ad universalem negantem.*

3. In concludenda universali negante considerandæ sunt duæ partes, quia duplex medium sumi potest. 1. Igitur spectanda sunt, quæ sequuntur subjectum & repugnant attributo. Nam si idem sit consequens subjecti & repugnans attributo, erit idoneum medium. Veluti ut concludas: nullum hominem esse lapidem, medium erit animal. ut: Nullum animal est lapis. Omnis homo est animal. Ergo Nullus homo est lapis. 2. spectanda sunt, quæ repugnant subjecto & sequuntur prædicatum, si igitur unum & idem repugnet subjecto, & sequatur prædicatum, erit aptum medium. Ut: si ad eandem quæstionem pro medio sumatur, inanimatum, ut: Omnis lapis est inanimatus. Nullus homo est inanimatus. Ergo nullus homo est lapis. Atque ita, si utrovis modo reperiatur medium, quod unũ extremum sequatur, & alteri repugnet, erit medium accommodatum. Si enim cùm utroque extremo consentiat, faciet syllogismum, & proinde etiam conclusionem affirmatam: Sin autem utriq; repugnet, faciet syllogismum, ex puris negatis, qui est ἀσυλλόγιστος.

92 *Ad particularem negatam.*

4. Ad concludendam particularem quæstionem negatam, spectanda sunt quæ antecedunt subjectum & repugnant attributo. Nam si in his reperiatur

tur aliquid, quod idem antecedat ſubjectum, & repugnet prædicato, erit medium idoneum, ut: ſi probandum ſit. *Aliquod animal non eſſe album*, medium aptum erit *corvus*. Nullus corvus eſt albus. Omnis corvus eſt animal. E. Quoddam animal non eſt album. Idemque erit, aſſumptione per accidens converſâ in prima figura, in *Baroco*.

93 *Præcepta inutilia inveniendi medii.* Atque hæc ſunt præcepta Ariſtotelis, quæ utilia vocat ad inveniendum medium. Subjungit autem deinceps etiam præcepta inutilia, per quæ non rectè conſtituatur medium. Veluti, ſi ſumatur medium, quod ſequatur & ſubjectum & prædicatum. Tunc enim fiet ſyllogiſmus ex puris affirmantibus in ſecunda figura. 2. Si ſumatur medium, quod antecedat attributum & repugnet ſubjecto. Sic enim fiet ſyllogiſmus in prima figura habens aſſumptionem negantem. 3. ſi medium repugnet utrique extremo. Sic enim fiet ſyllogiſmus ex puris negatis.

94 Ut fidelius illa præcepta Ariſtotelis memoriâ tenerentur, Logici excogitârunt, more ſuo, quædam vocabula his verſibus incluſa.

Fecana, Cageti, Da ſenes. Hebare Gedaco.
Gebali ſtant: Non ſtant *Febas, Hebas, Hecas*.

95 *Explicatur verſus de inveniendo medio.* Hic priora ſex vocabula ſtant ad declaranda utilia præcepta inveniendi medii. Reliqua autem tria non ſtant, & non ſunt indonea ad ſumendum idoneum medium.

In iſtis ſ[c]. ſex prioribus vocabulis (quæ ſingula ſunt triſyllaba) ultima ſyllaba notat concluſionem vel quæſtionem, juxta uſitatum valorem quatuor illarum vocalium, *a, e, i, o*. Nempe ut:

Aſſerat a, neget e, verum generaliter ambæ:
Aſſerat i, neget o, ſed particulariter ambo.

Si ergo debeas inferre univerſalem affirmantem, con-

conclusionem, deservit *Fecana*. Si universalem negantem, deservit *Dafenes* & *Hebare*. Si Particulares affirmantes, *Cageti* & *Gebali*: Si particularis negans, deservit *Gedaco*.

Demptâ ergo illâ ultimâ syllabâ, quæ qualitatem 96
& quantitatem conclusionis indicabat, ut dictum est: secundò observandum est, quod in prioribus duabus syllabis occurrant duæ vocales solùm, nempe *a*, & *e*, ex quibus *A*, significat attributum. *E* significat subjectum quæstionis vel conclusionis inferendæ.

Tertiò in istis prioribus duabus syllabis horum 97
vocabulorum singulorum reperiuntur sex consonantes. Priores tres, nempe *b. c, d,* deserviunt Ad *A*, hoc est, ad attributum. Posteriores tres, nempe *f. g. h.* deserviunt Ad *E.* hoc est ad subjectum. Nempe B. significat consequentia attributum. C. significat Antecedentia attributum. Et D. significat repugnantia illi. Ex altera parte. F. significat consequentia subjectum. G. significat Antecedentia. Et H. significat repugnantia subjecto. Hæc omnia designari solent hujusmodi tabellâ.

D. Con-

A. Attributum *Bonum* | E. Subjectum *Voluptas*

B] *Consequētia Attributum.* ut sunt: Utile, optabile, appetendum.	F] *Consequentia subjectum,* ut sunt: Motus, Actio, secundum naturam appetendum.
D] *Repugnātia attributo,* ut sunt: Malum, Noxiū, imperfectum, fugiendum.	H] *Repugnantia subjecto.* ut sunt: Morbus, labor, indigentia timor.
C] *Antecedentia attributum* ut sunt. Valetudo, felicitas, perfectum.	G] *Antecedentia subjectum,* ut sunt: Sanitas, Gloria, vita sine labore.

97 Si ergo jam inferre debeas, conclusionem universalem affirmantem, tum vides id faciendum esse juxta directionē vocis *Fecana*. Illa n. vox sola habet *a* in tertia syllaba. Veluti inferendum esto: *Omnē voluptatem esse bonam.* Quale igitur tum debet esse medium? *Resp.* id assumendum esse, quod sit *F.* ad *E.* (talis est prima syllaba) hoc est, consequens subjectū: Et quod sit *C.* ad *A.* (quæ est secunda syllaba) hoc est antecedens attributum. Idemque processus observandus

vandus eſt in aliis. Cognoſcunturq; exinde etiam modi inutiles, qui dicti fuerunt.

Eſt tamen hic modus procedendi fortaſſe intricatior, Et proinde, ſi quis diligenter conſideratis extremis, ex iis medium ſumat pro diverſitate quæſtionum, accedente exercitatione, ſat mediorum habebit, unde argumentetur.

98 *Aliquando ex philoſophia poſſe ſumi medium ad quæſtionem Theologicam.*

Id hic pro coronide obſervandum eſt: Cùm medium, ex præſcripto Ariſt. ſit ſumendum à natura & conditione extremorũ, iccircò non poſſe non quãdoque ex Philoſophia ſumi medios terminos ad cõcluſiones Theologicas. Veluti cum quæritur: *An peccatum originis ſit ſubſtantia?* argumentandum eſt, ex naturâ ſubſtantiæ. cùm quæritur: *an Sacramenti genus ſit ſignum?* argumentandum eſt ex naturâ ſigni & generis. Cum quæritur, *An tres perſonæ Deitatis diſtinguantur realiter*, argumentandum eſt ex conditionibus diſtinctionis realis, quæ omnia ſunt Philoſophica. Nuſpiam enim in Theologia de ſubſtantia, vel ſignis, vel genere, vel diſtinctione reali, ex inſtituto legitimæ methodi tractari poteſt. Unde eo in caſu non committitur illa μετάβασις εἰς ἄλλο γένος. Sicuti neque tum committitur illa μετάβασις, quando a genere ad ſpeciem argumentor: ſpecies enim & genus non ſunt ἄλλο καὶ ἄλλο γένος. Veluti cum à naturá principiorum (de quibus Metaphyſica agit) argumentamur ad proprietates ſcripturæ. Aut cùm ex genrali natura actuum liberorum argumentor ad actus Dei liberos. Aut cùm ex generali ratione ſignorum argumentor ad naturam Sacramentorum: Aut cùm ex definitione perſonæ (quæ à ſolo Metaphyſico generaliter proponitur) argumentor, quod Chriſti humana natura non ſit perſona. Et ſic in aliis.

Μετάβασις εἰς ἄλλο γένος argumentari à genere ad ſpeciem.

ARTI-

ARTICULUS III.

De Forma syllogismi.

Forma syllogismi quo sensu sit, & quo sensu non sit, supra declaratum est. Est autem vera ejus forma, colligenda ex propositione ad alia: Entia aggregata. Horum igitur forma est partium coordinatio vel unio: Unde specialiter forma syllogismi erit coordinatio certa propositionum & terminorum syllogisticorum. Est autem ea talis, ut cohæreant termini ita, ut impossibile sit aliud ex præmissis emergere, quàm certa aliqua conclusio & prorsus non possit emergere conclusio alia. Hoc modo si circumscribamus formam syllogismi, apparet, quomodo distinguatur ab omnibus aliis rebus.

Argumenta sunt aliquid simplex non aggregatũ ut syllogismus. Propositio, autem non est coordinatio propositionum, ut est syllogismus. Denique Methodus elicit quidem unum ex alio, sed in illa illatione, non est necessitas, peculiare quiddam inferendi, ut hoc inferatur, & nullum aliud inferri possit. Sed illatio illa maximam partem est libera. Veluti. Proponitur mihi definitio Logica. Ex ea ergo methodus discurrit ad inferenda alia. Ibi autem non necessariò tenetur, ut inferat hanc propositionem. E. Logica & Dialectica idem sunt. Sed etiã potest inferre hanc. E. Logica est ars intellectus. Vel. E. Logica versatur in omni Ente; Vel, Ergo quot sunt operationes intellectus tot etiam eis respondentes sunt partes Logicæ. At secus est in syllogismis, qui semper aliquid peculiare inferũt. Veluti positis his sumptionibus. *Homo est animal. Petrus est homo*, impossibile est, ut aliud inferam, quam hoc. E. *Petrus est animal*. Nunc regulas generales syllogisticas tradam.

CAPUT

CAP. II.

De generalibus regulis syllogisticis.

I. *Syllogismus constabit tribus terminis, non pluribus, non paucioribus.* 1

Hæc regula in fine præcedentis capitis satis declarata est, unde nihil necessarium est, hic aliquid addere.

II. *In syllogismo conclusio necessariò infertur ex præmissis.*

Hæc regula non vult hoc, quod omnis syllogismus sit necessarius. Nam & ille syllogismus est syllogismus, qui solùm est probabilis. Sed sensus illius est, quod consequentiæ necessitas sit in omni syllogismo. Consequentiæ autem necessitas est ea, quæ est ex positione quorundam. Sic igitur in syllogismo sequela est ex positione præmissarum. Exempli gratia. Ex positione horum (*omnis homo sentit. Petrus est homo*) impossibile est, ut aliud sequatur, quam hæc unica propositio. *E. Petrus sentit.* Sic & in materia contingenti. Positis his duabus præmissis. Tempore Maji incipiunt tonitrua. Nunc est tempus Maji. Necessariò infertur hæc conclusio. E. nunc incipiunt tonitrua. Plenius hæc intelligi possunt ex iis quæ superius dicta sunt, ad definitionem syllogismi. 2

III. *Ex veris non concluditur falsum.* 3

Regula est Aristotel. 2. *prior. c.* 2. § 2. Intelligitur autem hæc regula de eo, quod fit per se. Per accidens enim, h. e. violatâ dispositione verarum propositionum, ex veris falsum aliquando colligitur. Veluti: hæ præmissæ (*Temperantia est Virtus. Iustitia non est temperantia*) sunt veræ. Et tamen falsa

conclusio sequitur, hæc. E. *Iustitia non est virtus*. Id que propter violatam dispositionem, quæ in primâ figura requiritur, in qua Assumptio non debet esse negata. Usus hujus regulæ est ad ostendendum quænam dispositio, quive modi legitimi sint in quavis figurâ syllogistica. Quia igitur ex veris nunquam falsum sequitur: Idcirco ille modus argumentandi non erit legitimus qui aliquando ex veris falsum concludit. Veluti: qui est ex omnibus negatis, aut omnibus particularibus, aut ex Assumptione negata in prima figura, & sic in cæteris. Vide inprimis Arnisæum in Crellium l. 3. *part. comm. cap.* 3. *part.* 316. *seq.*

4 *IV. Ex falsis potest sequi verum vel falsum.*

Hoc itidem est Aristot. 2. *prior. Anal. c.* 2. Exempli gratia. *Lapis est corpus. Homo est lapis. E. Homo est corpus.* Hic conclusio vera sequitur ex falso, falsa, inquam, Assumptione. Item *lapis est inanimatus. Homo est lapis. E. Homo est inanimatus.* Hic falsum sequitur ex falso. Perinde autem est sive alterutra sive utraq præmissarum sit falsa.

5 *Objectio.* *Objicis.* Ex falsis non posse sequi verum, quia secundum Aristotelem 1. *Physic. t.* 10. 22. Dato uno inconvenienti, sequuntur alia infinita. Inconveniens autem idem est quod falsum. E. Dato uno inconvenienti, h. e. falso, sequuntur alia falsa. Quod manifestè videtur esse contra propositum axioma.

6 *Solvitur.* *Respondeo* 1. Objectio est contra experientiam. Nam ex superioribus exemplis patet, ex falsis elicitum esse verum. 2. Resp. per distinctionem, quam subindicat Arist. 2. *prior. c.* 2 his verbis. *Ex falsis*, inquit, *licet colligere verum non tamen cur sit, sed ita esse*

modò.

modo. Ex quibus dico. Ex inconvenienti h.e. falso, sequi falsum loquendo *de causa falsi*, h. e. cùm admittitur aliquid falsum, tum ponitur causa, ut admittatur aliud falsum. Veluti, qui admittit peccatum nostrum esse substantiam nostram, ille tenetur admittere hoc inconveniens, quòd Christus nō assumserit substantiam nostram. Et sic in cæteris. Deinde. Ex falso aliquando sequitur verum, non loquendo de *διότι*, sed loquendo de *ὅτι* simpliciter. Hoc est, posito falso sequitur verum, non quod positio falsa sit causa ... cōclusionis, sed solùm simpliciter sequitur veritas propter dispositionem syllogisticam. Unde apparet, hoc esse per accidens ad falsas præmissas, ut inde sequatur verum. Ejus enim adæquata causa est dispositio syllogistica.

In summa autem de illatione falsi tria dicenda sunt. 1. Ex falso potest sequi verum, ut dictum. 2. Ex falso potest sequi falsum. Ut homo est lapis. Asinus est homo. E. Asinus est lapis. 3. Falsum non infertur nisi ex falso. Hujus ratio patet ex priori axiomate, quia ex vero non nisi verum sequitur.

V. Ex necessario non colligitur nisi necessarium.

Sumitur hæc regula ex *Arist*. 2. *c*. 6. ubi colligit Aristoteles, conclusionem demonstrationis esse necessariam, quia habet ipsas propositiones necessarias. Est a. ejus regulæ ratio manifesta. Necessaria propositio est vera. Contingens a. est ad utrumlibet, h. e. potest esse vera vel falsa. Si ergo ex necessario sequeretur contingens, posset ex necessario tanquā vero sequi contingens tanquam falsum. At ex vero non nisi verum, ut prius dictum.

VI. Necessarium sequitur ex quolibet.

Intelligitur sequi necessariū ex necessario, cōtingento

gente & impossibili. *Ex necessario.* Ut omne corpus est quantum. Animal est corpus. E. Animal est quantum. *Ex contingenti:* ut, Philosophus movetur loco. Deambulans est Philosophus. E. Deambulans movetur loco. *Ex impossibili.* ut: Omnis lapis per se subsistit. Homo est lapis. E. Homo per se subsistit.

10 *VII. Ex impossibili sequitur quodlibet.*

H. e. & necessarium & contingens & impossibile. *Necessarium* ut in priori Exemplo: *Contingens* ut: Omnis lapis movetur. Omnis homo est lapis. E. Omnis homo movetur. *Impossibile,* ut Aurum est argentum, lapis est aurum. E. Lapis est argentum.

11 *VIII. Impossibile solùm sequitur ex impossibili.*

Ita patet per regulam de connexo secundi modi. Ibi enim à remotione consequentis tanquam absurdi & impossibilis, removetur antecedens tanquã impossibile. Ista igitur regula vacillaret, si impossibile posset sequi, si maxime quod tollitur in connexo absurdum non esset.

12 *IX. Ex puris particularibus nihil sequitur.*

Est Aristot. 1. *prior. c.* 7. cum ambo termini (affirmantes aut negantes) sumuntur in parte, cum medio nihil efficitur necessariò. Vide etiam 1. *prior. c.* 24. §. 1. Est autem hujus regulæ ratio, quia cum utraque propositio est particularis, fieri potest ut termini non intelligantur de eodem. Unde fiunt quatuor termini. Velut. Quoddam animal est homo. Quoddam animal est Bestia. E. Quædam Bestia est homo. Hic termini conclusionis non conveniunt in medio (*Animal*) eodem modo sumpto.

Urget-

rgetque hanc rationem etiam Aristot. 1. *prior. c.* 24. t sic in cæteris. Deinde syllogismi debent infor- mari ad *dici de omni* & *dici de nullo*, ut mox dicetur. tid non est, c[u]m omnes præmissæ sunt particu- ares.

Est autem [o]bservandum valere istam regulam 13 n consequentia formali. Nam materiali conse- quentiâ quidvis ex quovis potest sequi. Alii obser- vant quinque mo[d]os secundùm quos ex puris par- ticularibus aliqui[d] sequatur. 1. Quando medium est terminus singularis 2. quando medium in As- sumptione sumitur [c]um voce *idem*, vel *illud*. 3. Quã- do medium in Assumptione sumitur cum signo u- niversali, 4 Quando medium sumitur in A[s]sumpti- one distributivè. 5. Quando minor in prim[a] figura est negativa. Vide Hispani commentar. [l]ib. 4 *folio* 170. *b.* Deinde est hic observandum: quod pa[rticula]- re aliquando sumatur specialiter. Et tùm opponi- tur universali & singulari, Aliquando autem suma- tur generaliter & tùm sub se comprehendit etiam singulare. Ita videtur sumpsisse Aristoteles, cum ait 1. *prior c.* 1. & 2. propositionem esse universalem aut μερικὴν particularem, Sumuntque eo modo Logici aliqui, quando I dicunt significare particularem Affirmatam, O particularem negatam: Et deinceps referunt ad Darii etiam hunc syllogismum. Omnis homo potest errare. David est homo. E. potest errare. Ubi Assumptio est singularis sive propria. Hic ergo particulare intelligitur priori modo. Nã ex puris particularibus h. e. singularibus omnino a- liquid sequitur. 14

Quando ex puris particularibus aliquid sequatur.

X. *Ex puris negativis nihil sequitur.*

Fundamentum hujus regulæ est, quod disconve- nientia duorum ab uno tertio, non facit disconve- nientiam eorum inter se. E. non sequitur. Lapis non

est ani-

est animal. Homo non est lapis. E. Homo non est animal. Est autem axioma sumptum ex 1. *prior. c.* 24. In omnibus, *inquit*, syllogismis, oportet esse aliquem terminum attributivum seu affirmantem, & aliquem universalem. Intelligitur autem ut & superiora de consequentia formali.

15 **Objectio.** *Objicitur* syllogismus Christi, ex *Ioh* 8. qui totus negativus est. Qui non est ex Deo verbum Dei non audit. Judæi non sunt ex Deo. Ergo. Non audiunt verbum Dei. Sic & Apostolus. Illi non manent nobiscum, qui non sunt ex nobis. PseudoApostoli non manent nobiscum. Ergo, non sunt ex nobis.

81 **Solvitur.** *Respondeo* istos syllogismos & similes non esse ex puris negatis. Nam 1. Negata assumptio in syllogismo eius modo medius terminus in assumptione dicitur a minori extremo. Id autem est, cùm non sumitur subjectum Assumptionis, ut inclusum in subjecto propositionis, tanquam speciale sub suo generali. Exempli gratia, syllogismus negatus est, cùm sic dico. Homo est animal rationale. Asinus non est animal rationale. E. Asinus non est homo. Hic *Asinus*, subjectum Assumptionis, non includitur sub homine, subjecto propositionis. At id non est in propositis syllogismis. Nam subjectum propositionis est: *Qui non sunt ex Deo.* Subjectum Assumptionis sunt *Iudæi*, qui continentur sub istis. Sic & in altero 2. Patet, quia in tali formâ concludendi, potest elici conclusio affirmata, unde signum est, nullam præmissarū esse negatam: Nam quia conclusio imitatur partem debiliorem, iccircò impossibile est, ut antecedat aliqua præmissa negata, & sequatur conclusio affirmata. Antecedens autem patet si sic concludamus, Qui NON est ex Deo verbum Dei contemnit. Judæi NON sunt ex Deo.

x Deo E. Verbum Dei contemnunt. Sic etiam Arist. n 1. post. Anal. c 10. Cõcludit: Quod NON scintillat propè est. Planetæ NON scintillant E. Propè sunt.

Instas: quomodo in talibus syllogismis præmis- 17 *Objectio.*
sæ non sunt negatæ, cùm in singulis ponatur particula negans? *Respondeo* id esse bifariam. 1. Dici potest: negationes illas non esse negationes propositionis, sed esse negationes terminorum, hoc est, subjecti vel prædicati. Sic autem non fiunt propositiones negatæ sed infinitæ. Sic ergò secundũ hoc tales syllogismi ita informari possunt. *Non ortus ex Deo est Non audiens* verbum Dei. Judæi sunt Non orti à Deo. E. Judæi sunt Non audientes verbum Dei. Hic termini quidem sunt negati & infiniti, sed nulla propositio est negata, cum negatio non præponatur copulæ. *Deinde* dici potest propositiones, quæ habent duplicem negationem, esse, conversas per contrapositionem & sic æquipollere suis convertentibus, quæ sunt affirmatæ. Exempli gratia. Illa propositio. *Qui NON est ex Deo verbum Dei NON audit.* Est conversa ex hac: *Omnis audiens verbum Dei est ex Deo.* Illa autem conversa est eadem cum sua convertente. Sicut ista: *Quod non est rationale non est homo.* Convertitur ex hâc sibi æquipollente. *Omnis homo est rationalis.* Ergo tales syllogismi, h. e. habentes duplicem negationem in propositione, sic conversi, habent propositionem affirmatam, & tum non procedunt ex puris negatis. Omnis audiens verbum Dei est ex Deo. Judæi non audiunt verbum Dei. E. Non sunt ex Deo.

XI. *Conclusio imitetur partem debiliorem.*

Debilior est propositio negata affirmatâ & 18
particularis universali. E. Sensus regulæ est, quòd cùm permiscetur propositio universalis cum particula-

ticulari, conclusio fiat non universalis sed particularis; Item cùm permiscetur propositio affirmata negatæ, quòd fiat conclusio non affirmata sed negata.

19 *Objicitur: Si conclusio sequitur semper partem debiliorem*, E. si præcedat præmissa aliqua falsa, etiam conclusio erit falsa. Nam falsum est debilius vero. At illud est absurdum. Nam ex falsis præmissis potest sequi vera conclusio, ut Arist. l. docet 2. *prior. Anal. c.* 2. Rursus, si præcedat propositio aliqua cõtingens vel impossibilis: conclusio etiam erit contingens & impossibilis, non autem necessaria. Nam contingens & impossibile, sunt debiliora necessario. At id est falsum. Nam in superiori sexta regula ostensum est: necessarium sequi ex quolibet, etiam contingente & impossibili. *Respondeo* superiorem regulam valere solùm intuendo quantitatem & qualitatem propositionum, h. e. universalitatem & particularitatem; affirmationem & negationem earum. Cæteroquin autem non valet. Vide Monlor. 1 *prior. c. 9. in Scholiis.* Cæterùm intelligenda est regula de syllogismo simplici. Nam in syllogismo composito in Assumptione potest aliquid tolli & negari & conclusio tamen reliquum concludit, & affirmatè infert.

20 XII. *Syllogismus congruet ad dici de omni & dici de nullo.*

Dici de omni & dici de nullo vulgo statuuntur principia syllogismorum. A Zabarella *l. de quarta figura syllogis. c.* 6. Vocantur radices naturales omnium syllogismorum. Quid utrumque sit, declarat Aristoteles, 1. *prior. c.* 1. § 11. Λέγομεν δὲ τὸ κατὰ παντὸς κατηγορεῖσθαι, ὅταν μηδὲν ᾖ τοῦ ὑποκειμένου λαβεῖν, καθ' οὗ θάτερον οὐ λεχθήσεται· Καὶ τὸ κατὰ μηδενὸς ὡσαύτως. *Dicimus autem de omni prædicari, quando nihil est sub subjecto sumere,*

Quid sit dici de omni & dici de nullo.

nere, *de quo alterum* (prædicatum) *non prædicetur. De nullo autem similiter.* Cæterùm variant Logici qualitercunque hâc in re. Vulgo existimantur illa nihil significare aliud quàm propositionem universalem affirmativam vel negativam: Zabarella tamen. *l. de 4 figura syllogis. c.6.* Vult illa esse integros syllogismos, tribus terminis constantes, eo ordine, secundùm prædicationem dispositionis, ut unus sit terminus prædicatione supremus & ordine primus, qui de secundo universè prædicetur, affirmativè quidem in dicto de omni, negativè in dicto de nullo: secundus vero terminus de alio tertio prædicetur, qui ultimus omnium est, & prædicatione infimus & sub secundo tanquam subjecta pars sub toto continetur. Mihi Videtur perinde esse, quicquid horum dicatur & per utrumque videntur mihi satis explicari ista syllogistica principia. Est autem istorum principiorum hæc sententia. Quod de toto genere verum est, id etiam verum est, de quavis specie sub illo genera contenta. Veluti si verum est: Omnem bestiam esse irrationalem. E. etiam verum est, omne, quod continetur sub bestia esse, irrationale, h.e. aves, pisces, quadrupedes, insecta, &c. Item si verum est: Nullum hominem esse immortalem. E. etiam verum est, nihil sub homine contentum esse immortale, neque reges, nec principes nec divites, nec pauperes, neque me neque te esse immortalem. Ergo syllogismorum affirmativorum principium regulativum est dictum de omni: negativorum, dictum de nullo.

Sunt autem duo observanda 1. principia illa intelligi in syllogismis omnibus, Excipiendo proprios. 2. Esse illa principia inprimis adaptata primæ figuræ, quæ procedit à genere ad speciem: Alias autem figuras ea regulare, in quantum istæ reducuntur ad primam 11

XIII. *Ex uno syllogismo possunt sequi multæ conclusiones.*

23 Quemadmodum plura media secundum Arist. 1. *prior. c.* 25. possunt inferre eandem conclusionem. Ita etiam eadem media possunt inferre plures conclusiones, per doctrinam Arist. *2. prior. c.* 1.

Est autem observandum primò proximè unũ syllogismum habere unam conclusionem: Secundariò autem & per consequens habere plures. Et tùm quod sequitur ad consequens bonæ consequentiæ, sequitur etiam ad antecedens. [illegible] usus hujus regulæ in reductionibus syllogismorum. Nempe sæpe contingit, ut syllogismus reductus non habeat eandem conclusionem, quam primo inferat, cum reducibilis. Nihilominus reductus & reducibilis sunt idem syllogismus. Quia in reducto syllogismo potest alia conclusio sequi per consequens, ut infra videbitur.

23 *Varii modi, quibus plures conclusiones sequuntur in uno syllogismo.*

Cæterum variis modis possunt aliæ conclusiones annecti principali conclusioni alicujus syllogismi. I. per conversionem conclusionis. Veluti, si ad conclusionem universalem negatam inferatur cõversa simpliciter. *Item:* si ad universalem affirmatam inferatur particularis affimata conversa. *Item:* Si ad particularem affirmatam inferatur conversa particularis affirmata. Ita enim istarum propositionum conversiones fiunt, per Arist. 1. *prior. c.* 2.

II. Potest inferri ad conclusionem universalem, alia particularis. Veluti si conclusum sit, omnem virtutem esse laudandam. Etiam inferri potest. Et per consequens etiam talis virtus est laudanda. Idemque est in universalibus negativis. Si conclusum sit, nullam plantam sentire, rectè infertur. Et per consequens, nec ficus sentit. Sic etiam ex toto, aliæ

liæ inferuntur partes. Veluti si illatum sit. Animam
esse in quolibet membro viventis. Rectè infertur:
Et per consequens etiam est in pede viventis. Si illa-
tum sit. Deus est ubique. Rectè attexetur. Et per cō-
sequens: Deus etiam est apud reprobos. Ad hanc:
Deus semper est justus. Rectè attexitur. Et per con-
sequens Deus fuit justus. Semper enim requirit u-
niversitatem temporis.

III. Potest ad conclusionem de causa inferri cō-
sequens, quod eidem etiam competat effectus. Ve-
luti, qui concludit rem aliquam esse ignem, conclu-
dit etiam eam rem calefacere, & sic in summa, ex qui-
bus materiis possunt fieri principales syllogismi, ex
iisdem etiam fieri possunt tales additi syllogis-
mi, sive conclusiones & consequentiæ appendicu-
lares.

XIV. Medium non debet ingredi conclusionem.

Axiomatis hujus ratio est 1. quia conclusio est a-
liud à præmissis, ut habet definitio syllogismi apud
Arist 1 *prior. c.1.* At id non esset, si medium ingrede-
retur conclusionem. Vel enim ibi medium jungere-
tur minori extremo, Et sic conclusio esset Assum-
ptio, vel jungeretur majori extremo, & sic fieret pro-
positio, vel jungeretur utrique, & sic esset totus syl-
logismus. Notus est versiculus.

Lex generalis erit medium concludere nescit.

Objiciuntur 1. Syllogismi, qui procedunt à divisis
ad cōjuncta, ubi omnes termini ante egrediētes re-
deunt in cōclusione. ut: Petrus est sanctus & homo.
E. Petrus est sanctus homo. Joānes est suavis & can-
tor. E. Joannes est suavis cantor. Idem est in ar-
gumento de conjunctis ad divisa: Joannes est san-
ctus homo. E. est homo & sanctus. *Resp.* istos syllo-
gismos valde esse imperfectos, & Enthymemata,
propositionéq; omissam esse hāc: Qui est sanctus &
homo

homo. Ille est sanctus homo. At Petrus est sanctus, &c. Item. Qui est suavis & cantor, Ille est suavis cantor. Atqui Joannes est suavis & cantor. E. Tum igitur dico, medium non ingredi conclusionem. Nam medium in prioribus syllogismis sunt istæ voces copulatè sumptæ. Sanctus ET homo. Suavis ET cantor. At ista sic copulata non redeunt in conclusione, sed sine copula. Alia responsio etiam potest dari si dicatur, tales consequentias non esse syllogismos, sed consecutiones ἀσυλλογίστου prout existimat de iis Keckerman. *l.3. syst. Log. c.11. p.* 553. Aliique.

26 *Objicitur* II In conclusione sæpe ponitur aliquid universale, cujus particulare est medium in syllogismo. At particulare continetur in universali. E. Universali Ingrediente in conclusionem, etiam ingredietur particulare. Veluti. Omnis homo est animal. Petrus est homo. E. Petrus est animal. Hic in conclusione ponitur *Animal*, in quo includitur *homo*, qui est medius terminus. *Respondeo* particulare includitur in universali, potestate & virtute, non autem actu & formaliter, quomodo ponitur particulare in præmissis. Unde sic particulare eo modo non ingreditur conclusionem, quo erat in præmissis.

XV. Medium bis ponitur ante conclusionem.

27 Hæc est altera nota medii termini, & sumitur ex Aristot. 1. *prior. c.*32. μέσον δὲ θετέον τῶν ὅρων τὸ ἐν ἀμφοτέραις ταῖς προτάσεσιν λεγόμενον. Ἀνάγκη γὰρ τὸ μέσον ἐν ἀμφοτέραις ὑπάρχειν, ἐν ἅπασι τοῖς σχήμασιν. H. e. *Ponendum est hunc esse medium inter terminos, qui in utraq; præmissarum ponitur. Necesse enim est, medium in utraq; esse in omnibus figuris.* Est autem hujus regulæ ratio, quia medium est causa connectendi aut disjun-

disjungendi extrema conclusionis. Id autem fieri non potest nisi medium apponatur utrique extremo, & per consequens ponatur in utraque præmissa. Atque hinc etiam patet, regulam hanc determinandam esse ad syllogismos perfectos, qui nempe constant utraque præmissa. Secus enim est in Enthymemate, quod cum unam saltem habeat præmissam, etiam habet medium terminum non bis sed semel positum ante conclusionem.

XVI. In conclusione non sit plus vel minus, quam est in præmissis.

28 *Quomodo plus fiat in conclusione quam fuit in præmissis.*

Hujus regulæ ratio est, quia conclusio est effectus præmissarum. At effectus debet correspondere causæ. Potest autem contra hunc canonem variè peccari. 1. Cum numerus singularis in conclusione vertitur in pluralem. Ut: Judas prodidit Christum, Judas est Apostolus. Ergo quidam Apostoli prodiderunt Christum. Plus est *Apostoli* quam *Apostolus*. 2. Cùm in cõclusione ponitur, quæ putatur ei æquipollens, & non est æquipollens. Ut: Qui eminent in sapientia, potestate, & nobilitate, illi sunt honorandi. At tales sunt sancti. E. Sunt *honorandi* & *invocandi* vel colendi. 3. Cùm in conclusione attexitur conditio, quæ, si posita fuisset in præmissis, derogasset earum veritati. Ut depositum est reddendum. Arma sunt depositum. E. sunt reddenda *furioso*. Item. Ex duobus malis eligendum est id quod minus est. Ergò. Eligenda est misericordia præ blasphemia. Quia immisericordia est minus *malum sive peccatum*, quam blasphemia. Nam in antecedente per malum non intelligitur peccatum sed malum pœnæ sive calamitas. 4. Cum termini non repetuntur eâ formâ qua erant positi. ut, Equus est aliud ab homine. Socrates non est aliud ab homine. E.

ne. E. Socrates non est *aliud ab equo.* Conclusio debebat esse: E. Socrates non est *equus.* Alii similimodi possunt esse plurimi.

XVII. In propositionibus syllogisticis sit idem genus prædicationis.

29 Regula hæc specialiter traditur à Melanchthone *l.3. Dialect, p.214. Non valet consequentia mutato genere prædicationis usitato in peregrinum. h. e. inusitatum.* E. mala est consequentia. Caro est creatura. Λόγος est caro. E. Λόγος est creatura. Nam propositio est regulare axioma, generis de specie. Assumptio a. est irregularis, in qua alterum unitorum, in unione personali, enunciatur de altero. Sic etiam paralogismus est: Corpus domini pependit in cruce. Panis Eucharisticus est corpus domini. E. Panis Eucharisticus pependit in cruce. Nam mutatur & hic genus prædicationis regulare, quod est in propositione, in inusitatum, quale est in assumptione. Similis est iste syllogismus. Diabolus est res invisibilis. Serpens qui decepit protoplastos est Diabolus. E. Serpens ille est invisibilis. Et sic in aliis.

30 2. Sic etiam non valet consequentia, cum propositiones sumuntur ex distinctis prædicamentis, veluti cùm loquitur hæc de substantia, Altera de accidente. Ut *carnem quam emisti comedisti. Atqui carnem crudam emisti. E. carnem crudam comedisti.* Propositio loquitur de substantia. Assumptio de qualitate. Sic paralogismus est: Corpus domini quod pependit in cruce id est in cœna. At illud ibi videbatur. Ergò etiam videtur in cœna. Nam propositio loquitur etiam de substantia, assumptio de accidente, hoc est, passione.

Pertinet igitur huc, & illud, cùm prædicatio essentia-

entialis & accidentalis commutatur. Veluti. Res visibilis non est spiritus vel angelus. Id quod apparuit Lotho, fuit res visibilis, Ergo id non fuit spiritus vel Angelus. Propositio est per se. Assumptio est per accidens.

3. Non valet vi istius regulæ consequentia, cùm 31
commutatur propositio figurata sive tropica & propria. Veluti: *Lupus est animal irrationale. Tyrannus est lupus. E. est animal irrationale.*

4. Cum in una propositione terminus aliquis 32
accipitur materialiter, in altera formaliter. Ut homo est generis masculini: Fœmina non est generis masculini. E. Fœmina non est homo, Animal est generis neutrius. Homo non est generis neutrius. E. Homo non est animal. Mus rodit panem. Mus est monosyllabum. E. monosyllabum rodit panem.

Atque de his casibus intelligitur ista regula: A- 33
lioquin enim bonæ consequentiæ possunt esse, ubi aliis modis varientur genera prædicationum. Veluti cùm commiscetur affirmanti negans, universalis particulari, falsæ vera, necessaria contingenti, ut patet.

XVIII. Syllogismus habens consequentiam formalem procedit servata ea terminorum dispositione in quavis materia & semper ex veris præmissis elicit veram conclusionem.

Hæc regula continet notam formalis consequē- 34
tiæ. Igitur inprimis clarum est dari multas consequentias, quæ tamen solùm pendent ex veritate materiæ & non inferunt conclusionem propter servatam dispositionem syllogisticam. E.G. Nullus lapis est baptizandus. Nulla campana est lapis. Ergo nulla campana est baptizanda. Hic syllogismus infert veram conclusionem. Sed an id est, ex servatâ dispo-

dispositione Syllogistica? Respondeo negando per superiorem regulam. Si enim formalis consequentia esset in isto discursu tunc procederet secundum illam dispositionem in quavis materia, quod non est. Assumatur enim pro termino *campana*, terminus *homo*, & inferetur falsa conclusio. Nullus lapis est baptizandus. Nullus homo est lapis: Ergo nullus homo est baptizãdus. Sic etiã judico hunc syllogismũ, etsi inferat veram conclusioné, non habere formalem consequentiam. *Quadam virtus occupatur in terribili, Fortitudo est virtus, E. occupatur in terribili.* Nam si, servatâ hac dispositione, assumam aliam materiam, veluti pro termino *fortitudinis* terminum *temperantia*, elicietur falsa conclusio. *Quadam virtus occupatur in terribili. Temperantia est virtus, E. occupatur in terribili.* Hæc conclusio falsa est, & tamen omnes præmissæ sunt veræ. E. signum est, talem modum argumentandi & dispositionem terminorum non esse legitimam.

35 Ex his cognoscitur malè Colleg. Conimb. *ad 1. prior. c. 6 q. unic. a. 1.* & Fonsecam *l. 6. Institut. Dial. c. 23.* docere, quod syllogismi expositorii fiant in secunda figura ex utraque præmissa affirmata. Veluti Marcus Tullius est Cicero. Hic homo est Cicero. E. Hic homo est Marcus Tullius. Nam quòd syllogismus hic non habeat formalem consequentiam, apparet ex alio ejusmodi dispositionis. Jacob est filius Isaaci. Hic homo (monstrato Esau) est filius Isaaci: E. hic homo i.e. Esau, est Jacob.

36 XIX. *Cum conclusio est affirmata, medius terminus disponitur cum utroque extremo affirmatè.*

Affirmativa enim conclusio non infertur nisi per consensum utriusque extremi cum medio. Volo igitur, Exempli gratiâ, hanc inferre conclusionem: *Petrus*

Petrus est animal. Ad hoc inferendum necessariò utor medio, quod cum utroque consentit. Id autem est homo. Unde sic concludo. *Omnis homo est animal. Petrus est homo. E. Petrus est animal.*

XX. *Cum conclusio est negata, medius terminus disponetur cum altero extremo affirmatè, cum altero negatè.*

Sic esto cõclusio negata. *Logica non est scientia.* Ut hanc conclusionẽ p inferam, oportet ut adciscam medium, quod cum alterâ parte quæstionis consentiat, cum altera dissentiat, si enim consentiret cum utroque extremo, quomodo inde nascitur negata conclusio, si autem dissentiret ab utroque extremo, fieret ex puris negatis. Istud igitur medium esto *versari in entibus realibus*, quod consentit cum scientia, dissentit à Logica. Hinc est Syllogismus. *Omnis scientia versatur in ente reali. Logica non versatur in ente reali. E. Logica non est scientia.* Aliud medium esse potest: *Referri ad opus*, quod consentit cum Logica dissentit à scientia. Hinc est Syllogismus. *Nulla scientia refertur ad opus. Logica refertur ad opus. E. Logica non est scientia.*

XXI. *Conclusio nunquam negari debet in Syllogismo.*

Hoc est, qui solvit argumentũ aliquod non dicet. *Nego conclusionem.* Respondebitur igitur vel negando consequentiam, cum violata est dispositio legitima, vel negando veritatem propositionis aut assumptionis, vel distinguendo terminos, & solet tamen quandoque primo responderi ad conclusionem, ut syllogismus & illatio reddatur suspecta, veluti cum ea est adversus sensum vel experientiam, vel contra apertos scripturæ textus. Hæc tamen

non tàm responsio, quàm prooemium responsioni est.

CAP. III.

De Syllogismi divisione in affirmatum & negatum.

1. Syllogismi divisiones sunt variæ.

2. Igitur PRIMÒ Syllogismus est affirmatus vel negatus.

3. Affirmatus est cujus conclusio est affirmata.

4. Negatus, qui constat conclusione negata.

COMMENTARIUS.

Ad materiam hujus capitis illustrandam tractandum est. Primò de hujus divisionis bonitate, tùm seorsim de Syllogismo affirmato & negato.

TITULUS I.

AN SYLLOGISMUS RECTE DIVIDATur in genere in Syllogismum affirmatum & negatum.

Variant hac in re Logici. Et Ramus quidē solum Syllogismum simplicem per ista divisit. Alii autem faciunt eam generalem divisionem.

Hac in re dico. 1. Syllogismi denominationem bonam, hanc ad rem, sumi à conclusione (quamquàm perinde sit, si ita dicatur à præmissis) ut scil. dicatur Syllogismus affirmatus vel negatus ex conclusione. Conclusio enim est effectus præmissarum: At ex effectu apparet causa, ejusque vis. Ex his clarum est: omnem syllogismum posse dici affirma-

firmatum vel negatum. Impossibile enim est, ut sit conclusio, quæ non sit affirmata vel negata: Et proinde sic ea divisio non pertinet ad solum syllogismum simplicem. 2. Potest tamen syllogismo simplici per excellentiam tribui ista divisio, quia in eo etiam multum attenditur affirmatio & negatio partium, in ordine ad consequentiam, quod non ita est, in syllogismo composito. Vide Dounam *l. 2. Comm. Dialect. c. 10. p. 667.*

TITULUS II.

DE SYLLOGISMO AFFIRMATO.

De isto hæc sunt tenenda. 1. Syllogismum affirmatum esse cujus conclusio est affirmata. Idque per ea quæ in priori titulo dicta sunt. 2

2. Hinc sequitur: Syllogismi affirmati præmissas omnes affirmatas esse. Si enim aliqua è præmissis fuerit negata, necesse est etiam conclusionem esse negatam, quia conclusio imitatur partem debiliorem.

3. Unde rursus consequitur: quòd medium in syllogismo affirmato debeat consentire cum utraq; parte quæstionis sive conclusionis. 3

4. Est a. principium syllogismorum affirmatorum hoc: *Quæ conveniunt in uno tertio, illa conveniunt inter se.* Ad quod principiū omnes syllogismi affirmati, servatâ prius dispositione legitimâ, regulantur. 4

Intueatur ad hæc intelligenda, Logicæ studiosus syllogismos affirmatos, & in iis consideret supradictas eorum conditiones. Esto talis syllogismus: *Omnis homo est animal. Petrus est homo. E. Petrus est animal.* Hic 1. Conclusio est affirmata. 2. omnes præmissæ sunt affirmatæ. 3. medium (homo) consentit cum utraq; parte conclusionis. Nam subjectum conclusionis (*Petrus*) est hominis species infima vel individuum. Prædicatum autē con-

clusionis (*Animal*) est hominis genus. 4. Ratio igitur illationis est convenientia horum extremorum ad idem medium.

TITULUS III.

DE SYLLOGISMO NEGATO.

De isto hæc sunt tenenda. 1. Quod syllogismus negatus sit, cujus conclusio negata. Id etiam patet per ea quæ prius dicta sunt.

2. Inde consequitur: Aliquam præmissarum esse negatam in iis syllogismis, quos negatos dicimus. Impossibile enim est sequi negatam conclusionem, ubi nihil negatum præcessit.

3. Altera tamen præmissarum necessariò est affirmata. Nam ex puris negativis nihil sequitur, ut dictum est superius, *c.* 2.

Objectio. Hic *objici* solet: Cum ex puris affirmativis aliquid sequatur, cur ex puris negativis nihil sequatur? vel, cum affirmativus syllogismus sit, qui constat omnibus propositionibus affirmativis, cur negativus nõ definiatur ex omnibus negativis; *Respondeo* ejus rationem esse hanc. 1. in affirmativis bene proceditur ex omnibus affirmativis, quia servatâ dispositione syllogistica, quę conveniunt in aliquo tertio, etiam inter se conveniunt, At 2. in negativis non potest procedi ex omnibus negativis, quia si duo disconveniant in aliquo tertio, non iccircò disconveniunt inter se, veluti si maximè homo & animal disconveniunt in lapide, ut nec homo sit lapis, nec animal sit lapis, non icirco etiam inter se disconveniunt, ut homo non sit animal. Et, non posse definiri syllogismum negativum ex omnibus negativis, apparet, quia, si talis sit non esset amplius syllogismus. Omnis enim syllogismus, servata dispositione syllogisticâ, ex veris præmissis semper elicit veram con-

conclusionem. At cum dispositio est prorsus negata, ex veris præmissis potest elici falsa conclusio.

4. Principium negativorũ syllogismorũ tale po- 7
ni solet à logicis: *Quæ dissentiunt in aliquo tertio etiam inter se dissentiunt.* Hujus regulæ hic sensus non est: Si sit aliquod tertium, à quo duo extrema dissentiunt, ea etiam inter se dissentiunt. Sic enim approbarentur syllogismi ex puris negativis, sed sensus est hic. Si sit aliquod tertium, cum quo unum extremum consentiat, alterum extremum autem ab eo dissentiat, tùm illa duo extrema etiam inter se dissentiunt. Veluti: sit tertium comparationis *metallum*, assumo duo extrema, quæ in hoc tertio cõparo, *lapidem* & *aurum*. Hic aurum consentit cum metallo. Est enim metallum genus auri. At lapis dissentit à metallo. Hic pronuncio etiam lapidem & aurum dissentire. Et proinde ex hac materia integer fit syllogismus negatus: Aurum est metallum, lapis non est metallum. E. Lapis non est aurum.

4. Quicunque igitur vult facere syllogismum 8
negativum, ille assumet medium, quod cum conclusionis altera parte consentiat, ab altera autem dissentiat, ut id etiam declaratum est supra *cap.* 2.

CAPUT IV.

De Syllogismi divisione in universalem, particularem & proprium.

1. Syllogismus est universalis, particularis vel proprius.

2. Universalis est cujus præmissæ sunt universales.

 3. Parti-

3. Particularis cujus est particularis, præmissarum altera.

4. Proprius cujus permissarum utraq; est propria sive singularis.

COMMENTARIUS.

1 Divisio ista syllogismi sumitur ex propositionum divisione secundum quantitatem, ex qua etiam explicatur. Est autem divisio necessaria, quia ratio universalitatis vel particularitatis facit ad bonitatem vel vitiositatem formalis consequentiæ, ut patet ex regulis syllogisticis in cap. 2. & adhuc amplius patebit in sequentibus.

2 *Cur Syllogismus dividatur in universalem, &c. & non in verum ac falsum.*

Atque ex his patet solutio quæstionis: Cur divisio propositionis in universalem, &c. faciat divisionem similem in syllogismo, & non faciat idem divisio propositionis in veram & falsam? Genuina enim hujus solutio est, quia veritas & falsitas nihil faciunt ad formam syllogisticam, cum in falsa materia æqué bona consequẽtia esse potest, ac in vera.

At ad consequentiam istam admodum attenditur, an aliqua propositio sit universalis an particularis; ut notum. Agam autem primò de hac divisione in genere tùm in specie.

TITULUS I.

DE ISTA DIVISIONE IN GEnere.

ARTICULUS I.

An ista divisio syllogismi conveniat syllogismo in genere?

3 Ramus *l.* 2. *Log. c.* 10. Eam divisionem solum tradit de syllogismo simplici, quem sequuntur ejus Scholastæ. Alii tamen in distributè eam divisionem affi-

signant syllogismo. Potestque id satis commode
bineri. In primis supponendum est: quod com-
muniter datur: Syllogismum sic dici à propositio-
num sive axiomatum syllogismorum quantitate.
Supra hoc autem dubium est: an isti syllogismi sic
dicantur à conclusione, an à præmissis. Et si dicatur *An syllogis-*
syllogismus generalis, vel, &c. à præmissis, potest *mus sit uni-*
dici, eam divisionem terminos istos laxè accipien- *versalis, &c.*
do, competere omni syllogismo generatim. Nam *ratione con-*
etiam axiomata composita, qualia sunt propositio- *clusionis?*
nes compositorum syllogismorum possunt dici ge-
neralia, vel specialia, ut sumitur ex eo, quod secun-
dum Aristot. 1. *Prior.* c. 4. 5. in prima figura debet esse
propositio universalis (vel propria) At ista sæpè est
ibi composita. (Veluti: *Si homo sentit etiam vivit.
Atqui si est animal etiam sentit. Ergo. Si est animal et-
iam vivit*) Ergo. composita propositio suo modo
potest dici generalis. Rursus: si dicatur: istas syl-
logismorum denominationes sumi à conclusione,
tunc apertiùs syllogismi compositi dici possunt u-
niversales vel, &c. quia inferunt hi syllogismi con-
clusionem, quæ est axioma simplex, quod sine du-
bio est universale vel particulare vel proprium.

ARTICULUS II.

An Syllogismus dicatur universalis, &c. à con-clusione præmissis?

In priori divisione, syllogismi in affirmatum & 4
negatum, perinde erat, diceretur né à conclusio-
ne an à præmissis, id fortasse etiam erit in hac divi-
sione. At disparitas est: Cùm in syllogismo conclu-
sio est negata etiam aliqua præmissarū est negata:
Cùm & cōclusio est affirmata, etiam præmissæ sunt
affirmatæ & vicissim. Unde sive dicatur negatus
vel affirmatus syllogismus, cujus præmissæ aut con-

cluſio negant vel affirmant vel eodem redit. Sed ſecundum hanc diviſionẽ ſecus eſt. Sæpè enim contingit: concluſionem eſſe particularem, cùm præmiſſæ ſunt univerſales vel propriæ. Unde tales ſyllogiſmi, ſi denominatio eſſet à concluſione, eſſent particulares. Et iidem, ſi denominatio ſumeretur à præmiſſis, eſſent univerſales aut proprii.

5 Dico igitur: Syllogiſmos hos optimè definiri ex præmiſſis, quia membra diſtributionis debent æquali paſſu ambulare; Et ſi unus eorum non poteſt aliter definiri quam ex concluſione, ſimiliter nec cæteri ſunt definiendi niſi ex concluſione. At talis eſt ſyllogiſmus proprius. Nam hic ſyllogiſmus verè proprius eſt. *Ariſtoteles eſt Philoſophus; Ariſtoteles ambulat. E. Quoddam ambulans eſt Philoſophus.* Hic, inquam, ſyllogiſmus eſt proprius. Neq; eſt in ullo modo. At id convenit ſolis propriis ſyllogiſmis. Iſte tamen ſyllogiſmus non habet niſi præmiſſas proprias, concluſionem autem non propriam, ſed particularem.

6 Ex his per proportionem ſequitur: Quemadmodum ſyllogiſmus proprius eſt, qui habet præmiſſas proprias, etſi concluſio ſit particularis: ita etiam ſyllogiſmus univerſalis erit, qui habet præmiſſas univerſales, etſi concluſio ſit alterius quantitatis, nempe particularis. Ita eſt in *Felapton* & *Darapti*. *Omnis homo eſt imago Dei. Omnis homo eſt creatura. E. Quædam creatura eſt imago Dei.* Atque hanc opinionem tenet etiam Ramus *lib. 2. Dial. c. 10.* Diſſentit Goclenius *part. 4. probl. Logic. q. 25. in q. 20.* Aliquas pro iſta ſententia rationes ponit, ſed ipſe ibidem eas, nihil efficere judicat, ut proinde ibi relinquat utramque ſententiam in medio.

TITULUS II.

DE SYLLOGISMO UNIVERSALI.

Oſten-

Ostenso, quod denominatio debeat fieri à præmissis, sequitur statim, syllogismum universalem esse, qui habet præmissas universales omnes. Et hæc adæquata nota est: Spurium igitur est, in syllogismo universali & conclusionem debere universalem esse itidemq;, quod in tertia figura non possunt fieri syllogismi universales. 7 *Quid syllogismus universalis.*

Ergo syllogismi universales sunt in *barbara, celarent, Casare, camestres, darapti* & *Felapton.* Exempla sunt: *Omne animal vivit. Omnis homo est animal. E. Omnis homo vivit.* Item: *Nullus homo est lapis. Omnis Adamas est lapis. E. Nullus Adamas est homo:* Item: *Omnis homo est rationalis, Omnis homo est animal. E. quoddam animal est rationale.*

TITULUS III.

DE SYLLOGISMO PARTICULARI.

Hujus exempla sunt: *Nullum animal est lapis. Quoddam corpus est animal. E. quoddam corpus non est lapis* Item: *Quoddam animal est homo Omne animal est substantia. E. Quadam substantia est homo.* 8

Est autem observandum: Aliquando particulare adæquate opponi universali: Et sic includere proprium sive singulare: in ea tamen latitudine nunc vocem istam non sumimus, quia nunc distinguitur syllogismus particularis contra proprium. 9

Ergo particularis syllogismus. 1. semper habet conclusionem particularem. 10 *Requisita syllogismi particularis.*

2. Non potest habere omnes præmissas universales. Quia à præmissis nunc denominavimus syllogismum.

3. Semper syllogismus particularis elicit conclusionem particularem, ex permixta universali cum particulari, ut in *Darii, Ferio, Ferison, Bocardo, Baroco, Disamis.*

4. Nunquam conclusio particularis elicitur ex utraque particulari. Nam ex puris particularibus nihil sequitur, ut supra est expositum, *cap.* 2.

11 *Objectiones.* Tria hic *objici* possunt. 1. Si syllogismus universalis est ex omnibus universalibus, cur particularis non est ex omnibus particularibus? 2. Si ex puris singularibus potest elici vera conclusio, videtur multò magis id fieri posse ex puris particularibus, quia aliquod particulare potest æquivalere toti speciei. Veluti quoddam animal potest esse idem, quod homo vel bestia. 3 Quo pertinent illi syllogismi, qui ex universali subsumunt singularem. Veluti: *Homo est animal. Petrus est homo. E. Petrus est animal.* An & illi Syllogismi sunt particulares?

12 *Solvuntur.* *Respondeo.* Inprimis exempla ostendunt, bonas esse consequentias, & semper eas ex veris elicere verum, quæ procedunt ex omnibus universalibus aut omnibus singularibus. At in contrarium est experientia in particularibus.

13 *Cur ex puris particularibus nihil sequatur, cùm sequatur. Ex puris singularibus, & puris universalibus.* Sed, *inquis*; à priori quæ hujus rei causa est? *Respondeo:* ex puris particularibus ideo nihil sequitur, quia propositiones particulares non continentur sub invicem. Est enim particulare vagum, quare in eo locum habet ambiguitas, ut affirmativa particularis sit vera in hoc, & negativa itidem vera, sed in alio. At ista ambiguitas facit quatuor terminos. Veluti: *Quoddam animal est homo. Quoddam animal est bestia. E. quædam bestia est homo.* Hîc particularitas propositionum, facit ambiguitatem in voce *animal*, unde quatuor termini fiunt. Et sic in aliis. Ista autem causa cessat in universalibus & singularibus. Universalia enim quia omnia implicant & comprehendunt, non permittunt istam ambiguitatem terminorum. Singulare autem hac in re imitatur universale, quia significat non ad modum partis, sed ad modú totius, & non est aliquid vagum, sed certum,

unde

[u]nde illud non recipit ambiguitatem. Vide Zabarell. *l. de quart. fig. c. 7 & 1. poster. c 8 ad t. 63 p. 767.* De [t]ertiò tractatum est in doctrina propositionum [c].6. in fine, ubi vide.

TITULUS III.

DE SYLLOGISMO PROPRIO ET expositorio.

14 Syllogismus proprius dicitur, qui constat duabus præmissis propriis. Id autem potest fieri bifariam. 1. Si syllogismus inferat particularem ex propriis, ut: *Iudas est proditor Christi: Iudas est Apostolus. E. quidam Apostolus est proditor Christi.* 2. Si propria conclusio inferatur ex propriis præmissis. Veluti: *Marcus Tullius est Consul Romanus. Cicero est M. T. Ergo Cicero est Consul Romanus.*

15 Ex iis sequitur: non esse syllogismum proprium, cum conclusio elicitur ex altera propria & altera universali. Veluti: *Omnis homo potest errare. Aristoteles est homo. E. Aristoteles potest errare.* Nam revera hic syllogismus est in modo, quod non convenit syllogismis propriis. Est autem iste syllogismus in Barbara, modo primæ figuræ. Unde sic ista propria assumptio & conclusio æquipollent universalibus juxta ea, quæ de æquipollentia singularium & universalium propositionum, superiori libro dicta fuerunt.

Non est singularis syllogismus, qui tantùm habet alteram singularem.

Dicuntur hi syllogismi proprii etiam singulares, quia subjectum propositionum, in talibus syllogismis est aliquid singulare.

16 Pertinent huc etiam syllogismi *expositorii.* Expositorius ergo syllogismus est, qui procedit ex medio proprio sive singulari. Cumque singularia non tàm prædicentur, quàm subjiciantur: In solâ autem tertia figura medium subjiciatur, iccirco inprimis expositorius syllogismus dicitur ille proprius, qui est

Syllogismus expositorius

in tertia figura, Ariſtot. 1. *Prior. Anal. c. 6. § 6. 14.* Vocat ἔκθεσιν, expoſitionem Alexander & Averroës nominant expoſitionem ſenſilem, ut Zabarella refert *de quart. fig. ſyllogiſmi c. 7.* Eſtque ratio appellationis hæc, quod talis ſyllogiſmus rem aliquam intelligibilem ipſis ſenſibus exponat judicandam. Exempli gratia: eſt ſyllogiſmus univerſalis. *Omnis homo eſt animal. Omnis homo vivit. E. quoddam vivens eſt animal.* Hic ſyllogiſmus nihil ſenſile habet. Hic facio expoſitorium, qui concludat eandem concluſionem, ſumendo individuum, quod coram oculis video, contentum ſub homine. *Hic homo*, ut Socrates, *eſt animal. Atqui hic homo*, ut Socrates *vivit. E. Quoddam vivens eſt animal.* Fabianus Hippius, *in quæſtionibus log. q. 26* cenſet expoſitorium dici hunc ſyllogiſmum, quia exponit diſpoſitionem tertiæ figuræ. Sed de hoc plenius dicam in quæſtionibus. Aliter ſumitur expoſitorius ſyllogiſmus apud Ariſtot. 1. *prior. cap. 8.* ubi Ariſtot. in expoſitione non ſumit aliquid ſingulare, ſed ſenſibus commune, Ut Alexander, Monlorius aliique ibi obſervant.

QUÆSTIO I.

An ex puris ſingularibus poſſit aliquid ſequi.

15 Ratio dubitandi eſt, quòd ex puris particularibus nihil ſequitur. Id autem ſolutum eſt in prioribus. Unde ad hanc quæſtionem hic nihil addo.

QUÆSTIO II.

An Syllogiſmus expoſitorius rectè probet ſyllogiſmum tertiæ figuræ?

18 Ita fecit & fieri juſſit Ariſtot. 1. *prior. c. 6.* Ἔστι δὲ ἀποδεῖξαι καὶ διὰ τοῦ ἀδυνάτου, καὶ τῇ ἐκθέσει, *eſt autem ut*

ut probetur (hic syllogismus tertiæ figuræ) *& per impossibile & per expositionem.*

19 Duo sunt potissimùm, quæ contra hoc faciunt. 1. quod in aliis etiam figuris dantur expositorii syllogismi. Cur igitur ad solam tertiam figuram eos retulit Aristoteles? Antecedens patet. Nam omnem syllogismum, qui procedit ex medio singulari, vocamus expositorium. Ad tales sunt etiam in prima figura, ut: *Aristoteles est præceptor Alexandri: Philosophus Stagirita est Aristoteles. E. est præceptor Alexandri.* In secunda: Ut: *Qui informavit Alexandrum, is est Aristoteles Stagirita. At ille Aristoteles, qui vixit in quarta Monarchia non est Aristoteles Stagirita. E. is non informavit Alexandrum.* Secundo. Videtur expositorius Syllogismus æquè ignotus esse ac syllogismus principalis, quem exponere debet. Malè igitur videtur adhiberi tanquam principium ex quo probetur consequentia tertiæ figuræ. *Objectiones.*

20 Ad *primum* respondeo: Verum esse, quòd expositorii syllogismi esse possint in aliis figuris. Nihilominus specialiter illi vendicantur ab Aristotele tertiæ figuræ, quia frequentius in ea fiunt, duabus de causis. *Primo* syllogismus tertiæ figuræ per se infert conclusionem particularem. Id autem bene congruit syllogismo expositorio. Cum enim is procedat à singulari. A singulari autem non possit inferri universale. (Non enim sequitur. *Socrates est Philosophus. E. Omnis homo est Philosophus.* Sed hoc bene sequitur. *E. Quidam homo est Philosophus*) Idcirco hac in parte, tertia figura optime accommodata est syllogismo expositorio. Aliæ figuræ autem, quandoque inferunt conclusiones universales. Altera causa est, quòd medium in syllogismo tertiæ figuræ semper subjicitur. Hoc etiam maxime congruit syllogismo expositorio. Hujus enim medium est res singularis. Singularia autem non tàm subji- *Solvuntur.* *Cur frequentius fiant syllogismi expositorii in tertia figura?*

cuntur, quàm prædicantur. At in cæteris figu[ris] medium vel in utraque, vel in alterutra præmi[ssa]rum prædicatur.

21 *Cur Syllogismus Expositorius sit notior?*

Ad *secundum* dico: Syllogismum expositoriu[m] esse notiorem principali syllogismo, quia sum[it] medium singulare contentum sub illius medio un[i]versali. At singularia sunt vicina sensui, & sic mag[is] sunt cognoscibilia quàm universalia, quæ à sen[su] non cognoscuntur. Ita esse, apparet ex ratione sy[l]logismi expositorii. Qui plura vult videat Colleg[ium] Conimb. 1. *Prior. c. 6. q. 1.*

QUÆSTIO III.

An Syllogismi singulares sive expositorii veri sint syllogismi?

22 *Crellii argumenta contra syllogismos proprios.*

Fortun. Crellius, *l. 3. Log. com. c. 10.* hos syllogis[s]mos rejicit, & vocat eos σιδηρόξυλα. Unde conse[-] quenter rejicit eorum doctrinam, qui in prima & se[-] cunda figura recitant etiam syllogismos proprios sive singulares. Ejus ratio duplex est. 1. Quia ad syl[-] logismum ratio necessaria est. At eâ non est opus, in syllogismis singularibus; quippe quorum consi[-] deratio tota est sensilis. Ubi nihil universale est; sed omnia singularia, ibi nullus rationi & dianoiæ lo[-] cus reliquus, sed totum officium sensus exequitur. Hinc addit postea: Syllogismus est instrumentum ideò datum hominibus, ut quod sensu cognosci non potest, cognoscatur per eum. Altera ratio est. Syllogismi finis est demonstratio. At hæc solùm est universalium non singularium, & corruptioni ob[-] noxiorum.

23 Alii addunt 3. singulares syllogismi non con[-] gruunt addictum *de omni & de nullo*. E. non sunt syl[-] logismi: quia ista supponuntur esse generalia prin[-] cipia syllogismorum. Item 4. syllogismi proprii non

sunt

sunt in modo. Omnes enim modi construuntur cõjunctione propositionum universalium & particularium, ut est evidens. At hoc signum est syllogismorum ἀσυλλογίστων.

Nihilominus singulares syllogismos bonos esse syllogismos, apparet. 1. quia dispositio in illis congruit ad definitionem syllogismi. Syllogismus est λόγος, in quo positis quibusdam aliud necesse sequitur. 2 quia multa singularia sunt, quæ non sunt sensilia, veluti Deus, individua angelorum, formarum. At ista tamen sunt cognoscibilia. E. sunt cognoscibilia per intellectum, & proinde etiam cognoscibilia per discursum syllogisticũ 3. Quia in iis entibus quæ sensilia sunt, potest tamen sensus falli. Tùm ergò corrigi debet. Id autem non est aliunde, nisi à ratione. E. tum ratio ratiocinabitur de singularibus. Denique singulare non esse ineptum ad discursum, patet ex ipso Aristotele, quod 2. *prior. cap.* 23. Inductionem, & *ibid. cap.* 24. Exemplum, & 1. *prior. c.* 6. Expositionem connumeravit instrumentis Logicis. At ista non fiunt sine singularibus, sunt tamen evidenter discursus, quia unum eliciunt ex alio. 25 *Approbantur syllogismi singulares.*

Ad *primam* objectionem Crellii respondeo: Falsò dici quod intellectus sive ratio non cognoscat singularia, ut saltem ex dictis apparet. Docetque id Zabar. *de ord intellig. c.* 4. Colleg. Conimb. 1. *Phys. c.* 1. *q.* 4 Scalig. *Exe. c.* 307. *f.* 16 Ægid. Roman. *l.* 3. *de an.* *l.* 3. Perer. *l.* 3. *de Phil. nat. c.* 19 Javell. 7. *metaph. q.* 16. aliique plurimi. Et patet veritas 1. ab iis singularibus, quæ sensu apprehendi non possunt, veluti fuerunt Deus, individua angelorum & animarum, adeoque omnia entia incorporea. Et si maximè omnia singularia divisim cognoscerentur à sensu tamen illud complexum (*Cæsar est animal. Matthias est Apostolus*, &c.) non potest cognosci à sensu. 26 *Solvuntur Crellii argumenta.* *Intellectus cognoscit singularia.*

Sensus

Sensus enim judicium est simplex non complexu. Et adhæc, si maximè adhuc istud singulare complexum cognosceret sensus: Intellectus tamen potest idem cognoscere. Nam quod potest virtus inferior, id etiam potest virtus superior: quæ secunda est probatio. Deinde intellectus ponit discrimen inter duo singularia. At nō potest quicquam discrimen ponere inter duo, quod non cognoscit utrumque. Alia vide apud Dd. citatos.

Demonstratio non est finis adæquatus syllogistica.

27 Ad *secundum* Resp. negando, finem syllogismi esse demonstrationē, loquendo de fine adæquato. Quomodo enim ad eam pertinet syllogismus Dialecticus sive probabilis, utpote qui opponitur demonstrationi.

28 Ad *tertium*: dictum *de omni & nullo* non est adæquatum principium syllogismi. Neque enim syllogismi secundæ figuræ, sistendo intra eos (ubi tamen adhuc habeat consequentiam syllogisticam) satis ad illud cogruunt, ut proinde reducendi sint. Aliàs autem syllogismi proprii etiam sua habent principia. Veluti principium syllogismi expositori est, *Quæ duo in uno tertio singulari conveniunt, ea inter se conveniunt.* Et: *quæ duo in uno tertio singulari non conveniunt, illa quoque inter se non conveniunt.*

Singularium syllogismorū principia.

29 Ad *quartum*: Modi, & vocabula istis modis signandis constituta sunt ordinata ad modos universales & particulares. Nihil autem prohibet, addere istos modos proprios, prout id nunc communiter etiam faciunt Peripatetici. Vide Fonsec. *l. 6. Instit. cap. 23.*

QUÆSTIO IV.

De quibusdam exemplis syllogismorum expositoriorum.

30 Quid sentiendum de hoc syllogismo?

Essentia

Essentia divina est pater.
Essentia divina est filius.
Ergo filius est pater.

In hoc syllogismo valdè tripudiant Antitrinitarii, ajentes per expositorium syllogismum everti Trinitatem, sed vera est responsio non esse hunc syllogismum expositorium. Nam medium in syllogismo expositorio debet esse aliquid singulare, non solùm quoad rem, sed etiam quoad modū significandi: Quale quid non est *essentia divina*. Essentia enim divina est etsi sit aliquid singulare, non habet tamen modum significandi singularem, sed cum ipsa sit communicabilis, ad multas personas, quatenus imitatur qualitercunque rationem universalium. Unde sic non valet consequentia. Quemadmodum nec cùm sic arguo: *Aliquis homo est Anchises. Aliquu homo est Æneas. E Æneas est Anchises.* Vide Marsil *in 1 q 6. a. 3.* Bellarminum *l. 2. de Christo* c. 18. Colleg Conimb. 1. *prior. c. 6. q. un. a.* 1. Fonsec. *in Instit. l. 6. c. 24.* Nomine medii termini singularis, inquit ibi Fonseca, quo syllogismus expositorius propositum confirmat, intelligendus est is, qui accipitur pro re individua, quæ nec est plures res nec est idem re cum ea quæ est plures res. Lychettus *lib. 1. sent. in Scot. d. 2 q. 4 fol. 62. col. 3.* ait: in tali syllogismo est fallaciam figuræ dictionis, quia commutetur quale quid, in hoc aliquid. Et licet Deus non sit propriè quale quid, hoc est universale, cum sit simpliciter singularis, quia tamen est communicabilis, ut quo & ut quod, cujusmodi non est singulare in creaturis, ideò habet rationem *qualis quid*, & suppositum divinum habet rationem *hujus alicujus*, quia simpliciter est incommunicabile. Nunquam igitur tenet talis syllogismus, nisi medio existente incommunicabili, saltem ut quod: quod non est de essentia divina. *Hac Lychettus.*

Quid sentiendum de his Syllogismis?

Paulus raptus est in tertium cœlum.
Paulus raptus est in Paradisum.
Ergo Paradisus est cœlum.

Item:

Ananias mentitus est Deo.
At Ananias mentitus est Spiritui sancto.
Ergo Spiritus sanctus est Deus.

Respondeo 1. Si hi & similes syllogismi putentur esse simplices, hoc est non ex pluribus compo[siti], non habent formales consequentias, ut recte observavit Dn. Arnisæus, *in Crellium partit. omm. l. c. 10. p. 382.* Et patet, quia syllogismi habentes bonam consequentiam, servatâ ea dispositione ex veris præmissis semper eliciunt veram conclusionem. Quod non est in istis. Nam falsa est conclusio quæ sic infertur. Veluti. *Paulus abiit in tertium cœlum. Paulus abiit in Ioppen. E. Ioppe est tertium cœlum.* Item *Ananias est mentitus Spiritui sancto. Ananias mentitus est Petro. E. Petrus est Spiritus sanctus.* Vera autem illatio in superioribus est hæc: *E. quidam qui raptus est in cœlum est raptus in paradisum.* Item: *E. quidam qui mentitus est Spiritui sancto mentitus est Deo.* Alioquin minus est in conclusione, quàm est in præmissis. Nam in horum syllogismorum antecedente non ponitur simpliciter, *tertium cœlum, paradisus* sed *raptum esse in cœlum; raptum esse in paradisum.* Sic & in altero exemplo. Non tamen id dico, quasi evertere cupiam divinitatem Spiritus sancti. Solum dico: per istam argumentandi formam eam non concludi. Alioquin satis clare concluditur ex textu. *Act.* 5. quia dicitur Ananias non esse mentitus homini, sed Deo. Unde infertur: *Cui tum mentitus est Ananias is est Deus. Atqui tum Ananias mentitus est Spiritui sancto. E. Spiritus sanctus est Deus.*

Ex

32

Ex quo *Respondeo*: posteriorem syllogismum de piritu sancto (quicquid sit de altero) esse potesta- e duplicem: Et sic conclusionem prosyllogismi, oni pro conclusione syllogismi principalis. Sic er- o concludo: *Ananias mentitus est Spiritui sancto. A- anias mentitus est Deo. E quidam qui mentitus Spiri- ui sancto mentitus est Deo.* Hinc secundo assumitur lter syllogismus ex prima figura, ante positus, & irectè sequetur conclusio.

CAPUT V.

De divisione Syllogismi in simplicem & compositum.

1. Tertio: Syllogismus est simplex vel ompositus.

2. Syllogismus simplex est, in quo Con- lusionis consequens disponitur in proposi- ione; antecedens verò pars conclusionis in ssumptione. Ut: *Omne animal sentit. Omnis omo est animal. E. Omnis homo sentit.*

Hic conclusionis consequens est, *sentit.* Hoc disponitur (cum medio termino) in propositione. Propositio enim hec est: omne nimal *sentit.* Antecedens autem conclusio- nis est *homo.* Hoc antecedens disponitur in ssumptione. Assumptio enim hæc est. O- mnis *homo* est animal & sic est in aliis.

3. Syllogismi simplicis affectiones sunt figura & modus.

4. Figura est certus ordo & disposi[tio] medii termini cum extremis.

5. Modus est coordinatio præmissaru[m] secundum certam earum quantitatem [&] qualitatem.

6. Figuræ Syllogismi simplices sunt tre[s] quæ nominantur nominibus numeralibu[s] prima, secunda, tertia.

COMMENTARIVS.

TITULUS I.

DE VOCIBVS SYLLOGISMI SIMPL[I-] cis & compositi.

1 *Non dicitur syllogismus simplex vel compositus à tali propositione.*

Primò est aliquid observandum de vocibus sy[l]logismi simplicis & compositi. E. Sic dicuntur sy[l]logismi non à propositionibus: Sed à disposition[e]. Nam propositiones in syllogismo simplici possun[t] esse compositæ. Veluti. *Si dies est, sol ortus est. Si me[ri]dies est, dies est. E. Si meridies est sol ortus est.* Hic o[m]nes propositiones sunt compositæ, & tamen syl[]logismus non est compositus, sed simplex. Dicitu[r] ergò hic syllogismus à dispositione.

2 *Quomodo sit simplicior dispositio in simplici quam in composito?*

Sed, *inquis*, quomodo simplex est dispositio i[n] syllogismo simplici & non in syllogismo compo[]sito?

Respondeo: In syllogismo composito est disposi[]tio composita, quia in eo omnes partes quæstioni[s] junguntur cum medio termino in propositione. At cōjunctio partium in dispositione est earum com[]positio. In syllogismo autem simplici est simplex dispositio, quia in eo partes quæstionis (in ea quæ[]stione conjunctæ) divelluntur & segregantur in præmissis, ut hæc quæstionis pars in istâ, & alia in

aliâ

â præmissâ ponatur. Divulsio autem opponitur
mpositioni, & proinde arguit simplicitatem.

Aliter syllogismus simplex dicitur *Categoricus*; 3
mpositus autem dicitur *Hypotheticus*. Ac de hy- *Syllogismi*
pothetico quidem suo loco dicam. Categorici au- *Categorici*
m syllogismi appellatio potest esse ambigua. Si- *vox exponi-*
nificat enim Categoricum aliquando idem quod *tur.*
tributivum vel affirmativum, ut: 1. *prior c* 5. §. 22.
t *cap.* 14 §. 11. aliisque locis. Unde syllogismus cate-
oricus posset esse idem, quòd syllogismus affirma-
is. Opponitur enim sic categoricum στερητικῷ. At
ùm Categoricum opponitur Hypothetico, tunc
ategoricum axioma, simplex axioma; Categoricus
llogismus, simplex syllogismus.

Dicitur autem syllogismus simplex categoricus; 4
categorica propositione. Ubi tamen non est diffi-
endum: hanc notationem esse nomini & signifi-
ationi ejus, prout aliâs etiam sæpè fit, inadæqua-
am. Dantur enim, ut dictum est, syllogismi simpli-
es, qui non habent propositiones Categoricas si-
e simplices. Aristoteles. 1. *prior. cap.* 23. §. 3. Vocat
yllogismum alium δεικτικὸν *ostensivum*, & alium
ἐξ ὑποθέσεως: sed hypotheticus ibi verè non est idem
uòd compositus. Unde nec δεικτικὸς simpliciter i-
em est qui simplex syllogismus. Vide Monlor. 1.
rior. c. 23 *Schol.* 1.

TITULUS II.

DE DEFINITIONE SYLLOGISMI *simplicis.*

Definitio syllogismi simplicis satis clara est. Ob- 5
servandumque est: per eam satis distingui syllogis-
mum simplicem à composito. Dicitur ibi in syllo-
gismo simplici, partem quæstionis unam disponi
in propositione, & alterâ in assumptione, ut etiam
n exemplo ostensum est. At in syllogismo compo-

ſito tota quæſtio diſponitur in una propoſitione. Veluti: Si Petrus eſt animal etiam ſentit. At Petrus eſt animal. E. etiã ſentit. Hic ſyllogiſmus eſt compoſitus connexus. Et ejus concluſio eſt. E. Petrus ſentit. Hujus concluſionis utraque pars & antecedens (Petrus) & conſequens (ſentit) diſponitur in propoſitione. Id non eſt in ſyllogiſmo ſimplici.

TITULUS III.

DE FIGURIS ET MODIS SYLLOGIſmorum ſimplicium.

De figuris & modis ſyllogiſmorum, ſciendum eſt, eas voces aliquid variare.

6 *Explicatur vox figuræ.*

Ergo *Figuræ* vox reſpicit ſitum medii termini in ordine ad extrema. Veluti: an medius terminus ſubjiciatur an prædicetur. Ita peculiaris figura eſt, in qua medium ſemper ſequitur: alia, in qua medium ſemper antecedit. Et ſic deinceps: Eſtque ſumpta hæc vox, ſicuti & aliæ, à Geometris, quibus figura eſt peculiaris ordo vel diſpoſitio linearum vel quantitatum.

7 *Quid modus.*

Modus autem eſt certa configuratio propoſitionum, in ordine ad earum quantitatem & qualitatem. Quantitas autem propoſitionum eſt earum univerſalitas & particularitas, & ſingularitas; Qualitas autem eſt earum affirmatio & negatio. E. peculiaris modus eſt per quem coordinantur propoſitiones, quæ ſunt univerſales & affirmatæ. Sic rurſus alius modus eſt, cùm propoſitioni univerſali negatæ, attexitur aſſumptio univerſalis affirmata. Et ſequitur univerſalis concluſio negata. Et ſic deinceps in cæteris.

8

Cæterum, quia modi in figuris diverſis poſſunt eſſe utiles & inutiles, ut videre eſt, apud Ariſtot. 1 *prior. c.* 4. 5. 6. idcircò, ut ſtatim appareat, quinam utiles

les modi essent, addita sunt vocabula ad significandos modos. Illa vocabula sunt:

- prima figura
  - apud Græcos: γράμματα, ἔγραψα γραφίδι, τεχνικός.
  - apud Latinos: *Barbara, celarent, Darii, ferioque.*
- secunda fig.
  - apud Græcos: ἔγραψε, κάτεχε, μετρίον, ἄχολον.
  - apud Latinos: *Cesare, Camestres, festino, Baroco.*
- tertia figura
  - apud Græcos: ἅπασι, σθεναρὸς, ἰσάκις, ἀσπίδι, ὁμαλὸς, φέριστος.
  - apud Latinos: *Darapti, Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.*

Circa hanc doctrinam sunt aliqua observanda: 9 *Explicatur vocabula modorum.*
Veluti 1. modos esse veluti species figurarum.

2. Est observandum: singulas istorum vocabulorum respondere singulis propositionibus syllogisticis. Ergo prima syllaba notat quantitatem & qualitatem propositionis, secunda assumptionis, tertia conclusionis.

3. Considerandæ sunt vocales in singulis vocibus. Ergo *A* significat propositionem universalem affirmatam. *E* universalem negatam. *I* particularem affirmatam. *O* particularem negatam. Teneantur hi versiculi:

Asserit A. negat. E. verum generaliter ambo,
Asserit I. negat O. sed particulariter ambo.

4. Sciendum Latina vocabula (in quo Græcis præponderant) præter quantitatem & qualitatem propositionum (quod faciunt per vocales) signifi-

care etiam reductionem & modum reductionis in singulis figuris.

10 *Vsus vocabulorum, quibus modi significentur.* Loquendo igitur in summa, de usu horum vocabulorum, dico *primo* vocales notare quantitatem propositionum in syllogismo. *Secundo.* Literæ initiales in prima figura sunt *B.C.D.F.* Ab his literis inchoantur omnia cætera vocabula. Ergo similitudo literarum, indicat quòd modi, qui in secunda & tertia figura inchoantur à *B.* reducuntur ad *Barbara*. Qui modi inchoantur à *C.* reducantur ad *Celarent*. Et sic in cæteris vocibus. 3. Literæ mediæ & finales in modis secundæ & tertiæ figuræ (quæ sunt *C. M. P. S.*) declarant modum, quo syllogismi illi reduci debeant ad syllogismos primæ figuræ, sunt hac de re isti versus:

S. Vult simpliciter verti; P. verò per acci:
M. Vult transponi C. per impossibile duci.

Hoc est, ubi occurrit in modo secundæ & tertiæ figuræ *S.* ibi reductione illius syllogismi ad primam figuram, propositio ista est convertẽda simpliciter: nempe, Universalis in conversam universalem, particularis in particularem. 2. Ubi occurrit litera *P.* ibi significatur fieri debere in ista propositione conversio per accidens, hoc est, propositionis universalis in particularem. 3. Ubi occurrit in aliquo modo, litera M. Ibi significatur transmutatio debere fieri propositionum, hoc est, Assumptionis in locum propositionis. Et viciſsim. 4. Quando v. litera C. occurrit esse opus reductione indirecta significatur, hoc est, deductione ad absurdum sive impossibile.

11 *Illa vocabula non comprehendunt omnes modos.* 5. Est observandum. Non poni per superiora vocabula omnes modos. Igitur in iis est triplex defectus. *Primò* ponuntur ibi solùm modi universales & particulares, non etiam singulares. Hi enim sunt minus principales. Addentur tamen à nobis in singulis

ulis figuris. 2. Ponuntur ibi solùm modi perfecti, non etiam imperfecti quales sunt *Baralipton, Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum.* Adeoque 3. si cui quarta figura placeat, ponuntur ibi solùm modi priorum trium figurarum. Peculiares autem sunt modi quartæ figuræ. Atq; hi sunt omissi, quia rejectanea apud nobiles Philosophos putata est quarta figura. Nunc aliqua inquiro.

QUÆSTIO I.

An possit esse Syllogismus simplex, qui habet propositionem compositam?

Hæc quæstio etsi ex prioribus satis decisa relinquatur, tamen nunc iterum eam tractare placet propter Fonsecam, qui *lib. 6. Inst. D.al. c. 32.* & Montor. qui 1. *prior. c. 23. schol.* 1. Syllogismos, habentes propositiones compositas, omnes facit compositos; Additque pro exemplo hunc syllogismum: *Si Socrates est virtute præditus est, laude dignus. Si autem est justus est virtute præditus, igitur si est justus est laude dignus.*

Respondeo tamen hunc syllogismum esse manifestè simplicem. Nam pars aliqua quæstionis, nempe terminus *justus* non est in propositione. At syllogismi compositi omnes partes quæstionis disponunt in propositione. Syllogismi autem simplicis est, partes quæstionis dividere in præmissis. Relinquitur igitur: quod possit syllogismus simplex esse, qui propositionem habet compositam.

QUÆSTIO II.

Quot sint figuræ Syllogismi simplicis?

Tres figuras posuit & confirmavit Aristot. 1. *prior. cap.* 23. Sed hac de re dubitatio est propter Ga-

lenum qui, ut Averroës refert (neque enim aliquid hac de re amplius extat apud Galenum (1. *prior. c. 8. in comment.* quatuor posuit figuras, addens eam, qua medius terminus prædicatur in propositione, & subjicitur in assumptione. Hac in re disquiretur *primò*: An pauciores tribus sint formæ syllogismi simplices? *Secundò*: An plures tribus sint: Et nominatim de figura Galenica ibi agetur.

ARTICULUS I.

An pauciores tribus sint figuræ Syllogismi?

14 *Rationes dubitandi.* Negativa videtur suaderi posse, sic 1. Natura non abundat in non necessariis. Ergò nec ars. At non esse necessarium præter primam figuram ponere alias figuras, patet, quia omnes quæstiones concludi possunt in prima figura, nempe conclusiones particulares & universales, affirmatæ & negatæ, ut apparet intuenti modos illius figuræ. Quorsum igitur opus est aliis figuris? 2. Natura progreditur per lineam rectam, non per ambages. E. nec utendum est arti ambagibus. At istæ ambages sunt in usu secundæ & tertiæ figuræ. Nam postquam conclusio confirmata est in aliqua harum figurarum, jam reducendus est iste syllogismus, & demum tandem conclusio inferenda est per primam figuram. Cur igitur non statim inferebatur per primam figuram ista quæstio? *Denique*: Aristot. ipse fatetur, secundum & tertiam figuram imperfectas esse, 1. *prior. c. 5. & 7.*

15 *Confirmatur secunda & tertia figura.* Nihilominus non demittendæ sunt duæ posteriores figuræ 1 quia in naturali differentium usu frequentissimè reperiuntur. At omnis habitus ad hoc comparatus est, ut juvet & facilitet potentias vel actiones naturales. Unde si esset aliqua naturalis intellectio, vel syllogisatio, quæ non juvaretur per artem,

rtem, necessariò relinqueretur Logica imperfe-
cta. 2. quia in Logicâ utente, itidem tales syllogismi
sunt usitatissimi; At nihil in Logica utente, hoc est,
rebus applicatâ, atque adeò doctorum discursibus
esse potest, quod non sumatur ex Logica docente,
& à rebus abjuncta. Et ita à priori, & à posteriori ap-
paret, harum figurarum necessitas.

16 Ad primum notandum est: Naturam non abun-
dare in necessariis, sumendo vocem necessarii latè,
ut comprehendat non solum necessarium necessi-
tate immutabilitatis, sed etiam utile, quod alias ne-
cessarium vocant, necessitate expedientiæ. Quo
modo necessarii sunt duo oculi animali. Potest cer-
tè sine alterutro esse animal. Et tamen natura dat
geminos, quia sic est utilius. Atque sic, etsi non esset
necessarium necessitate immutabilitatis, esse tres
figuras, tamen proculdubio est utilius tot esse. Idq;
multis modis.

Solvuntur rationes dubitandi.

Natura in necessariis quomodo non abundet.

Principaliter autem, quia sæpè fit, ut in secunda
& tertia figura sit materia evidentior quam in pri-
ma, (esto forma vel modus arguendi in hac semper
sit evidentior, quam in istis) veluti cum servatur
modus naturalis, disponendi argumenta, nempe ut
prædicentur adjuncta & subjiciantur subjecta,
quod non semper fieri potest in prima figura. Nam
ad hanc fit reductio, sępè per conversionem. At con-
versio mutat quandoque naturalem propositionem
in innaturalem. Veluti hanc (*homo est risibilis*) in i-
stam (*risibile est homo*) naturalis autem innaturali e-
videntior est propositio. Deinde cogit sæpè nos ra-
tio vel dispositio quæstionis, & præstitutio medii
termini, ut dimittamus primam figuram utamurq;
aliâ, ut observavit Zabarell. *de 4. Figur. Syll. cap. 10. ad
fin.* Veluti: si proponatur conclusio hæc (*nullus la-
pis est homo*) probanda per syllogismum, sumpto hoc
medio, *animal*. Hic impossibile est, ut dispositio fiat
sine

Cur utile sit esse figures pluras unâ.

sine ambagibus in prima figura. Nam terminus minor est lapis, Ideoque in assumptione disponi debet cum medio termino (animal) Hoc autem non potest fieri nisi per axioma negatum. At repugnat syllogismo primæ figurę, habere assumptionem negatam. Proinde statim formabitur in secunda figura sic: Omnis homo est animal. Nullus lapis est animal. E. Nullus lapis est homo. Dixi: *sine ambagibus*. Nam convertendo conclusionem universalem in aliam universalem (quòd fieri posse Arist. docet, 1. *prior. c.* 2.) sic: *Nullus homo est lapis*, illatio recta fit, ex prima figura. *Nullum animal est lapis. Omnis homo est animal. E. Nullus homo est lapis. E.* per consequens vi conversionis. *Nullus lapis est homo.*

17 Ad 2. Respondeo ex dictis. Syllogismos secundæ figuræ & tertiæ sæpè progredi per lineam rectam, eorundemque conclusiones non nisi per ambages inferri ex prima. Quod autem illæ figuræ admittunt reductionem, id sic est, ut tamen eâ etiam carere possint. Accipiunt enim per reductionem solùm tales syllogismi evidentiam, quâ dimissâ adhuc tamen habent infallibilem consequentiam, eamque fundatam in naturali usu differentium, quæ sic satis est, ad faciendum peculiarem syllogismum.

18 Ad 3. dico: Vocari has figuras ἀτελεῖς, *imperfectas*, comparando eas cum prima figura secundum evidentiam consequentiæ, quæ in ista major est. In se tamen etiam perfectæ sunt, intuendo consequentiam simpliciter.

Quomodo secunda & tertia figura dicantur imperfecta.

ARTICULUS II.

An plures tribus sint figuræ syllogisticæ?

19 Hic potissima difficultas est, circa figuram Galenicam, ut initio dictum. Igitur Galenus ultra alias quartam figuram posuit, eam scilicet, quâ medius termi-

terminus ponitur loco prædicati in propositione, & subjicitur in assumptione. Defendunt eam multi medici, & novissimè doctissimus Ursinus qq. illustr. ʃ ʃp. 14. Matthias Flacius. l. 5. Log general. cap. 8. & 14. enumerat quinque modos hujus figuræ, per hunc versum:

Modi quartæ figuræ.

Sunt Cadere & Fedibo Digami, Fegano Balaniq;.

Igitur exempla secundum istos modos sic sunt: 20

CA *Omnis homo est animal,*
DE *Nullum animal est terra affixum.*
RE. E. *Nullum terra affixum est homo.*

FE *Nullus lapis est animal,*
GA *Omne animal est grave,*
NO. E. *Quoddam grave non est lapis.*

BA *Omnis homo est animal,*
LA *Omne animal est substantia,*
NI. E. *Quædam substantia est homo.*

FE *Nullus homo est terra affixus,*
DI *Quoddam terra affixum crescit,*
BO. E. *Quoddam crescens non est homo.*

DI *Quidam homo est vir bonus,*
GA *Omnis vir bonus est justus,*
MI. E. *Quidam justus est homo.*

Tradunt autem defensores illius figuræ has regulas: 1. Quod conclusio debeat esse particularis. 2. quod assumptio debeat esse affirmata. A qua utraque regula, excipiendus est modus *cadere*. 21

Regulæ quartæ figuræ.

Cæterum talem figuram dandam esse, probatur. 22 Primò ex diversitate disponendi medium termi-num. Medium, bis prædicat, facit figuram (secundam) &c. Ergo etiã; si prædicetur in propositione, & subjiciatur in assumptione, facit figuram (quartam) ratio consequentiæ duplex est. Prior. Quia

Argumenta pro ista figura.

ex diversitate disponendi medium terminum cum extremis, nascitur diversitas figurarum. Illa autem fuit quadruplex. Posterior est à pari. Si hæc & ista varietas facit peculiarem figuram, cur non & alia varietas faciat idem?

23 *Deinde* Syllogismi quartæ figuræ reduci possunt ad primam. E. habent evidentem consequentiam. Consequentia patet ex fine reductionis, qui est manifestare consequentias figurarum imperfectarum. Antecedens patet. Nam *cadere* convertendo conclusionem, & transponendo præmissas, optimè reducitur ad *celarent*. Sic: *Nullum animal est terræ affixum. Omnis homo est animal. E. Nullus homo est terræ affixus.* Et per conversionem: *Nullum terræ affixum est homo.*

24 *Tertiò.* Syllogismi illi quartæ figuræ, servatis suis regulis semper eliciunt veras conclusiones, in quavis materia. E. signum est infallibile, habere eos formalem consequentiam. E. convenit eis etiam definitio syllogismi, secundùm quam definitur syllogismus, quòd sit oratio, in qua positis quibusdam aliud necessariò sequitur, quia talia sunt. At cui convenit definitio, ei etiam convenit definitum.

25 *Aliorum sententia.* Nihilominus alii sententiam hanc ferè communiter impugnant, sequentes Averroëm, qui primus fortasse adversarius fuit hujus sententiæ, 1. *prior. c.* 8. Quem prolixè defendit & explicat Zabar. *in lib. de quarta figura Syllog* & interpp *ad* 1. *prior.*

26 *Decisio.* Ego statuo aliquis propositiones, 1. *Syllogismi quartæ figuræ habent formalem consequentiam: Et proinde sic boni sunt syllogismi* Id à posteriori satis patet, quia nunquam deprehensum est, syllogismos illos, servando legitimam dispositionem, conclusisse, ex vero falsum. Deinde probat idem, reductio horum syllogismorum, insinuata in secunda objectione. Confer Fab. Hipp. *Probl. Logic. q.* 34.

Boni sunt Syllogismi quartæ figuræ.

2. *Syl.*

2. *Syllogismorum quartæ figuræ consequentia est in-aturalis & inordinata.* Hoc rursus à posteriori ap-aret, primum, per experientiam cujusvis. Experi-mur nos ipsi, in mête nostra cùm audimus has duas ropositiones: *Omnis homo est animal. Et omne ani-mal est substantia.* Non nos expectare hanc illatio-nem. *Ergò quædam substantia, est homo.* Sed aliam: *Ergò omnis homo est substantia.* Atque hinc & nun-quam audimus, naturaliter differentes, tales quar-æ figuræ syllogismos formare. Deinde à priori pa-et hujus innaturalitatis fundamentum quod in ta-i figura ordo extremorum in propositione, inverti-ur & immutatur in conclusione. Sic ut quod sub-ectum fuit in propositione, fiat prædicatum in conclusione, & quòd prædicatum fuit in conclu-ione, fiat subjectum in assumptione. Et adhuc stam terminorum inversionem, esse innaturalem, atet, quod per eam fit, ut idem terminus medius it major majori termino, (quia de hoc prædicatur) & tamen sit minor minori termino, (quia huic sub-icitur) quod prorsus absurdum, cùm minor termi-nus, sic fiat major majori, quod fieri non potest. Cum semper terminus major prædicetur (in con-clusione) de minori. Et hoc ipso major sit minori termino. Ergò hic evenit tale quid, ac si aliquis ho-mo sit major Goliatho. Et tamen minor sit Davide. De hac innaturalitate prolixè scripsit Zabarell. *d. l.* c. 8.9.10. 27

Sunt innaturales.

3. Ex dictis relinquitur: Quod non necessarium it, aliis syllogismis addere quartam figuram. Nam omnis habitus ad hoc comparatus est, ut juvet ac faciliret naturalem aliquam facultatem vel actum, ita sumitur ex generali essentia & definitione habi-tus. At in naturali usu non occurrit quarta figura per ea quæ dicta sunt. E nec est ars de ea. 28

Figura quarta est supervacanea.

4. Et rursus est ex dictis relinquitur; quòd videri 29

possit

possit solùm esse controversia de voce. Si enim figura syllogismi dicenda est omnis illa, quæ ex certo modo disponendi medium terminum infert verum: Sic quarta figura est peculiaris figura. Si verò figura syllogismi dicenda sit non simpliciter, propter peculiarem dispositionem medii, sed quæ eam habet naturalem: Sic quarta ista figura non est peculiaris figura. Et hoc magis existimo dicendum per ea quæ dixi *propos.* 2 & 3.

30 *De Objectionibus.* Ad argumenta objecta, ex dictis patet responsio quatenus contra superiores propositiones ea faciunt.

QUÆSTIO III.

An figuræ rectè definiantur mentione quantitatis aut qualitatis propositionum?

31 Ita fecit Ramus, qui figuras ita definivit: primam figuram, quod in ea sequatur argumentum *affirmatum* in assumptione: Secundam, quòd in ea sequatur argumentum *negatum* in altera parte: Tertiam, quòd in ea *particulari* quæstioni, &c. Sed Aristoteles distinguens figuram a modo, solum definit figuram per dispositionem medii. Ideoque illi simpliciter prima figura est, ubi argumentum antecedit in propositione, & sequitur in assumptione. Secunda, ubi semper sequitur. Tertia, ubi semper antecedit. Vide 1. *prior. Anal. cap.* 4 5. 6. Et sic etiam Alexander definit figuram in genere, quod sit κοινωνία δύο προτάσεων κατὰ τὸν μέσον ὅρον, hoc est, communio duorum pronunciatorum, secundùm medium terminum, ut refert Monlor. 1. *prior. c.* 4. *in schol.* & *c.* 26. *schol.* 1.

32 *Decisio.* Videtur hâc in re nihil interesse, quicquid faciamus. Ramus paralogismos peccantes in forma syllogismi, statim rejicit per definitiones figurarum: Veluti,

luti, si offeratur syllogismus, qui assumptionem beat negatam cum medium antecedit in propo. one & sequitur in assumptione: Ramus dicit nc syllogismum esse in nulla figura. Sed Aristo- es dicit, eum esse in figura prima, sed esse in mo. illius inutili, vide Aristot 1. *Prior. c.4.* Atque sic rinque satis excluduntur syllogismi ἀσυλλόγιστοι, e paralogismi. Quanquam implicitè magis obo sententiam Aristotelis. Nam in paralogismis etiam qualiscunque discursus, & conclusio se- itur ad præmissas. Positis enim his præmissis, *mo est animal. Asinus est animal.* Sequitur hæc nclusio. *E. Asinus est homo.* Quæ cum ita sunt, in- llectus noster non statim judicat, an syllogismus e bonus sit nec ne; sed primum refert eum ad fi- uram, & propter consecutionem medii, dicit, eum se in secunda figura. Postea examinat eum, ad dos illius figuræ, & tum deprehenditur esse in ius figuræ modo inutili, quia modi utiles omnes ea figura sunt negati.

QUÆSTIO IV.

An modi figurarum rectè judicentur Barbaris vocabulis?

Ramus ista vocabula neglexit, & negligenda 33
inc ea esse docent ejus interpp. Vide Dounam *l.2. omment Dial. c 10 p.671.* Et Beurhus. *in Compar Lo- icis, pag 973. seqq.* sed non sunt magni momenti, uæ contra ea disputat. Unde nec ea huc refero. Sa- isq; apparet eorum non contemnendus usus. 1. Ut tatim appereat, quinam modi utiles, atque adeò onsequentes sint in singulis figuris. Unde statim tiam videri possunt inconsequentes syllogismi. 2. lla vocabula breviter explicant, quod non nisi pro- ixis circumlocutionibus fieri potest à Ramæis.

Usus istorum vocabulorum.

Veluti si nominare velim primum modum pri[illegible] figuræ, tum unicam vocem prof ro: *Bar ara* Ramæos dicere oportet, *syllog sm universalis af[illegible] matus in prima figura*, vel, *secun a species syllog sm[illegible] plicati*. Ita est in aliis. Quis hic non videt m lti[illegible] dine vocabulorum, in re una significanda, dist[illegible] intellectum?

3 Ostendunt illa reductiones syllogismoru[illegible] secundæ & tertiæ figuræ, modumque quo id fi[illegible] debeat, per initiales literas & medias consonan[illegible] ut supra declaratū est. Et reductiones istas quid[illegible] non curant Ramæi, eis tamen suum esse usum, in[illegible] videbitur. Plura non addo.

QUÆSTIO V.

An in figuris syllogismorum rectè numerentur modi singulares?

34 Eos neglexit Aristoteles. Et sic multi Logici e[illegible] etiam rejiciunt: sed nihilominus affi manda e[illegible] quæstio proposita, quia syllogismus est dianoia a[illegible] disquirendum quodvis dubium. Dubitationes au[illegible] sæpe sunt circa singularia. Unde hæc etiam quæ[illegible] stione concludi debent. Videatur supra *cap. 4 q.* [illegible] ubi probatum est: Syllogismos proprios bon[illegible] syllogismos esse, & solutæ sunt objectiones con[illegible] trariæ.

Canones.

35 1. *Solus syllogismus simplex est in aliqua figurarum.* Aristot. 1 *prior c.* 23. (mihi) ostendere vult: omnem omninò syllogismum esse in aliqua trium figurarum, quia tribus modis solùm conjungi possit medium cum extremis, ut ibi habet §. 8. se deficit probatio propter syllogismos connexos & disjunctos qui, ut tales sunt, & citra reductionem, non habent dispositionem cujusquā figuræ, ut rectè observavit

Ramus

nus *ad h. l in ſchol. Dial. l. 7. cap.* 12. Atque ſic re-
ab eo ſolus ſyllogiſmus ſimplex dividitur in fi-
ras, *l. 2. Dial. c.* 10.

2. *Quot ſunt naturales diſpoſitiones medii termini* 36
n extremis tot ſunt figuræ ſyllogiſmorum. Hoc ſatis
oſitum eſt anteà, tractando de quarta figura.

3. *Omnes modi* (addo : *Non proprii*) *debent ha-* 37
e aliquem terminum univerſalem. Tradit Ariſtot.
rior. c. 24 §. 1. Senſus eſt, quod nullus ſyllogiſmus
beat eſſe ex puris particularibus. De hoc ſupra
is, *c.* 2. *reg.* 9. Et patet breviter tranſcurrendo per
gulos modos, ubi in ſingulis *a* vel *e*. reperitur.

4. *Omnes modi figurarum debent habere aliquem* 38
minum affirmatum, eſt apud Ariſtot. *dicto loco*, &
is patuit ſupra *c. 2. regula* 10. Indeque in omnibus
odis *a* vel *i* reperitur.

5. *Modi qui aliquando falſum concludunt ſunt in-* 39
les, ſumitur ex regula 18. *c.* 2. Eſtque hic obſervan-
m : quod modorum diverſitas ſit ex differente
alitate & quantitate propoſitionum ſyllogiſtica-
m. Id autem poteſt fieri ſedecim modis in ſingu-
figuris. Nam ſingularum figurarum præmiſſæ
modis variari poſſunt in quantitate ſua. Vel enim
bæ ſunt univerſales; vel ambæ particulares; vel
ajor univerſalis & minor particularis; aut minor
iverſalis & major particularis; Rurſus varietas
t ſecundum affirmationem & negationem. Vel
im propoſitio eſt affirmans & aſſumptio negans;
t iſta negans hæc affirmans; aut utraque negans;
t utraque affirmans. Atque ex his modis, inutiles
ico, qui aliquando fallunt. Veluti ſunt iv. prima fi-
ura, cùm omnes præmiſſæ ſunt univerſales nega-
væ: cùm major eſt univerſalis affirmata, minor u-
iverſalis negata, & ſic deinceps. Vide Ariſtotel.
prior. c. 4. ſeqq.

CAPUT VI.

De prima figura.

1. Syllogiſmus primæ figuræ eſt, in q medius terminus antecedit in propoſitio & ſequitur in aſſumptione: ut, *Omne anim eſt ſentiens. Omnis homo eſt animal. E. Om homo eſt ſentiens.*

2. Ejus Canones duo ſunt. 1. Propoſi ſemper ſit univerſalis vel propria. 2. Aſſu ptio ſemper ſit affirmata.

3. Ejus igitur modi utiles ſunt ſex : d univerſales, duo particulares, & duo ſing lares. Itaque

4. Univerſales dicuntur : *Barbara* & C *larent* : particulares : *Darii* & *Ferio* : ſingular carent nominibus.

5. I. *Barbara* eſt modus primæ figuræ, h bens omnes partes affirmatas & univerſal Talis eſt ſuperior ſyllogiſmus.

6. II. *Celarent* eſt modus primæ figur habens omnes partes univerſales, propoſ tionem & concluſionem negatam; aſſum ptionem affirmatam. Ut:

Ce	*Nullum animal eſt lapis,*
la	*Omnis homo eſt animal,*
rent.	*E. Nullus homo eſt lapis.*

7. III. *Darii*, eſt modus primæ figura haben

ens omnes partes affirmatas, majorem
versalem, cæteras particulares. ut:

)A *Omnis homo est animal,*
RI *Quædam substantia est homo,*
I. *E. Quædam substantia est animal.*

8. IV. *Ferio* est modus primæ figuræ, ha-
ns propositionem universalem negatam;
imptionẽ particularem affirmatam, con-
sionem particularem negatam. ut:

FE *Nullus homo est lapis.*
RI *Quædam substantia est homo.*
O. *E. Quædam substantia non est lapis.*

9. V. Modus proprius prior est, qui ha-
t omnes præmissas affirmatas singulares.

Octavius est hæres Cæsaris.
Ego sum Octavius.
E. Ego sum hæres Cæsaris.

10. VI. Modus proprius posterior est,
ui habet omnes præmissas singulares; pro-
ositionemque negatam, & exinde etiam
onclusionem. ut:

Iohannes non est filius Cæsaris.
Hic homo est Iohannes.
E. Hic homo non est filius Cæsaris.

COMMENTARIVS.

1 *De ordine figurarum disputatio est, sed ea com-
modius tractabitur post cognitas reliquas duas fi-
uras. Definitio per se clara est. Vnde hic nihil ex-*

plicandum relinquitur, præter hæc duo. 1. De Canonibus primæ figuræ. 2. De illius modis.

TITULUS I.

DE CANONIBUS PRIMÆ FIguræ.

2 1. *Propositio semper sit universalis vel propria.*

Sumitur ex Aristotele, 1. *prior. c.* 4. patetque veritas ejus, tum intuendo illius modos in quorum propositione non propriâ semper est *A* vel *E*: tùm etiam, quòd ex veris falsum concluditur, si propositio sit particularis, quod infallibile est signum vitiositatis, in talibus syllogismis. Nam ex vero (servata bonâ consequentiâ) non nisi verum. Talis syllogismus est vitiosus.

Quoddam animal est rationale.
Asinus est animal.
E. Asinus est rationalis.

Item:

Quidam homo non est doctus.
Aristoteles est homo.
E. Aristoteles non est doctus.

3 *Limitationes superioris regula.* Limitanda autem hæc regula est, 1. ad modos directos. Nam in *Frisesomorum*, qui est modus indirectus primæ figuræ datur propositio particularis. ut *Quoddam animal est substantia. Nullus lapis est animal. E. quadam substantia non est lapis.* Reducuntur enim sic, ut propositio fiat universalis, sic: *Nullum animal est lapis. Quadam substantia est animal. E. Quadam substantia non est lapis.*

2. Limitandum est hoc axioma ad formalem consequentiam. Nam materialis consequentia potest esse in primâ figurâ ex particulari propositione

ut

Quoddam animal est rationale. Homo est animal.
Homo est rationalis.

Est autem hîc observandum: particulare hic su-
strictè prout opponitur universali & singulari,
non prout adæquatè opponitur universali. Po-
t enim propositio in prima figura esse singularis.

II. *Assumptio in prima figura semper sit affirmata.* 4
Est ex 1 *prior. c.* 4. § 6. εἰ τὸ μὲν πρῶτον παντὶ τῷ μέσῳ
ολουθεῖ, τὸ δὲ μέσον μηδενὶ τῷ ἐσχάτῳ ὑπάρχει, οὐκ ἔσται
λογισμός. Hoc est: *Si primum omni medio sit con-
quens, medium autem nulli extremo insit, non erit syl-
gismus.* Clarior est hæc paraphrasis: si primum si-
majus extremum prædices de medio termino u-
iversaliter, alteri autem extremo non insit, sive de
tero extremo ipsum medium prædices negativè:
nc non valet consequentia. Valet autem hoc idem
uod theorema nostrum, breviter formatum. Ita
on valet consequentia. *Omnis homo est animal. A-
nus non est homo. E. Asinus non est animal.* Item:
*Grammatica est ars. Logica non est Grammatica. E. Lo-
ica non est ars.* Similis est paralogismus Oleviani
*n Colloq. Maulbrun. Act. 2. Dextra Dei est ubique. Hu-
nanitas Christi non est dextra Dei. E. Humanitas Chri-
ti non est ubique*, &c.

Est a. ad illam regulam triplex adhibenda limi- 5
tatio. 1. ut intelligatur ista regula de modis primæ
figuræ directè concludentibus. Nam, in modis in-
directis, assumptio potest esse negata, ut est in *Fape-
smo* & *Frisesomorum*. Sic in *Fapesmo* datur talis syllo-
gismus: *Omne animal est substantia. Nullus lapis est
animal. E. quædam substantia non est lapis.* Quod si ta-
men reducatur hic syllogismus, habebit assumptio-
nem affirmatam. Reducitur autem ad *Ferio*. Sic:
*Nullum animal est lapis. Quædam substantia est ani-
mal. E. Quædam substantia non est lapis.* Et sic est in
cæteris.

Cautela ad hanc regulam.

6 II. Intelligitur illa regula de formali consequentia primæ figuræ. Nam alioquin, loquendo de consequentia materiali, potest syllogismus aliquando habere veram conclusionem ex assumptione negata. ut: *Omnis homo est animal. Nullus lapis est homo. E. Nullus lapis est animal.* Quod autem hæc formalis consequentia non sit, patet, quia pro termino *lapis* sumendo *bestiam* falsa erit conclusio. *Omnis homo est animal. Nulla bestia est homo. E. Nulla bestia est animal.*

7 III. Aliquando etiam fiunt syllogismi in prima figura ex assumptione negatâ, vi secundæ figuræ. Estque id, cùm propositio est convertibilis. ut: *Homo est animal rationale. Bestia non est homo. E. Bestia non est animal rationale.* Hæc illatio valida est, propter convertibilitatem propositionis (*omne animal rationale est homo*) unde talis syllogismus concludit in secunda figura, in qua assumptio negata esse potest. Attendendum autem hic est quando verè sit aliqua assumptio negata, de quo vide supra *cap. 2. Reg. 10.*

3. ***Prima figura est generalissima.***

8 Vulgare est: Et intelligitur axioma illud non de communitate prædicationis, quod hæc figura, tanquam genus, prædicetur de aliis: sed intelligitur illa generalitas solùm ratione materiæ vel objecti, nempe quoad quæstiones concludendas. Ergo sic hæc figura est generalior aliis. Nam secunda solùm concludit quæstiones negatas. Et tertia particulares. At prima concludit & universales & particulares: Et affirmatas & negatas. Universales in *Barbara* & *Celarent*, particulares in *Darii* & *Ferio*: Affirmatas in *Barbara* & *Darii*; negatas in cæteris. Singulares autem quæstiones non minus concludit etiam, quàm cæteræ figuræ, ut patuit ex positis modis.

4. *Pri-*

4. *Prima figura est omnium perfectissima.* 9

Perfectio figurarum est in duobus, primò in formali consequentia. Deinde in evidentia illationis. Priori modo omnes figuræ perfectæ sunt: Posteriori modo sunt Aristoteli figura secunda & tertia ἀτελεῖς 1. *prior. c.* 5. & 7. At utramque perfectionem habet prima figura. Illam, quia figura syllogistica est: hanc, quia maximè servat dictum de omni & nullo: Unde & alii syllogismi ad eam reducuntur. Atque hinc Aristoteles 1. *post. c.* 11. *toto*, docet hanc figuram ad demonstrandum esse accommodatissimam. Dixi autem de evidentia *illationis*, hoc est, formalis consequentiæ. Nam evidentia materiæ sæpè major est in secunda & tertia figura, quàm in prima, ut ostensum *hujus capitis, quæst.* 2. *a.* 1. *ad primum.*

TITULUS II.

DE PRIMÆ FIGURÆ MODIS.

Triplicis generis modi referuntur in prima figura. Alii sunt directi & verum concludentes; Alii indirecti & verum concludentes; Alii directi & concludentes falsum. De modis primi generis jamdum actum est, in Theorematibus hujus capitis. De aliis ergo solùm tractandum est. 10

ARTICULUS I.

De modis indirectis.

11 Modi indirecti sunt qui deviant à naturali dispositione hujus figuræ. Hi vocantur: *Baralipton, Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum.*

12 1. *Baralipton* (in quo syllaba *ton* redundat) est modus indirectus, affirmatus, ex præmissis universalibus, & conclusione particulari. Talis syllogismus est, *Baralipton.*

Omne animal est mixtum.
Omnis bestia est animal.
E. Quoddam mixtum est bestia.

Estque innaturalitas hujus syllogismi in eo, quod situs extremorum in propositione, immutatur in conclusione, sic ut, quod prædicatum est in præmissis (*mixtum*) in conclusione subjiciatur, & quod subjectum est in præmissis (*bestia*) prædicetur in conclusione. In talibus syllogismis convertenda est conclusio per accidens, hoc est, particularis mutanda est in universalem. Sic: *Omnis bestia est mixtum.* Et tum syllogismus erit in *Barbara*, directo modo primæ figuræ. Sic:

Omne animal est mistum.
Omnis bestia est animal.
E. Omnis bestia est mistum.

Et per consequens, vi conversionis (secundùm quam universalis converti potest in particularem, per *Aristot.* 1. *prior.* c. 2.) *Quoddam mistum est bestia.*

13 **Celantes.** II. *Celantes.* Habet omnes partes universales; Negatam propositionem & conclusionem, affirmatam assumptionem. ut:

Nullum animal est lapis.
Omnis homo est animal.
E. Nullus lapis est homo.

Hic innaturalitas eadem est, quæ in priori, quòd scilicet mutatur situs extremorum in præmissis & conclusione; quod hic subjicitur, ibi prædicatur, & quod ibi prædicatur hic subjicitur. Tolliturque illa innaturalitas, si conclusio simpliciter convertatur in hanc. *Nullus homo est lapis.* Licet enim convertere universalem negatam, in universalem negatam, per *Aristot.* 1 *prior. c.* 2. Hoc modo igitur conversâ conclusio-

[concl]usione, syllogismus est in *Celarent*, iste qui supra [sc]riptus est.

14 III. *Dabitis*, habet omnes partes affirmatas, [p]ropositionē universalem, cæteras particulares, ut: *Dabitis.*

Omnis homo est animal.

Quædam substantia est homo.

E. *Quoddam animal est substantia.*

Innaturalitas hic iterum apparet, eadem quæ in [p]rioribus, in immutatione extremorum. Atque hic syllogismus (in *Dabitis*) ut directus fiat simpliciter convertenda est conclusio in hanc: *Quædam substantia est homo.* Et tum ille syllogismus est in *Darii*, ille, qui supra scriptus est. Estque vis consequentiæ in hoc syllogismo itidem, ex conversione axiomatum, ubi particulare affirmatum licet convertere in particulare affirmatum.

15 IV. *Fapesmo*; Habet præmissas universales, particularem conclusionem. Propositionem affirmatam, cæteras partes negatas. ut: *Fapesmo.*

Omnis homo est substantia.

Nullus lapis est homo.

E. *Quædam substantia non est lapis.*

Hunc modum inter indirectos ponit Aristot. 1. *prior. c.* 4. Estque innaturalis iste. 1. quod transponit extrema, ut & priores. Deinde quod in naturali illatione secundùm primam figuram, assumptio non potest esse negata. Convertenda autem 1. hic est Assumptio: Sic: *Nullus homo est lapis.* Deinde hæc sic conversa, ponenda est loco propositionis. Ea autem, quæ in superiori syllogismo erat major, ponenda est in locum Assumptionis, & convertenda est per accidens, hoc est in suam particularem sic: *Quædam substantia est homo.* Atque tum integer syllogismus hic est in *Darii*, ille qui supra scriptus fuit.

V. *Frise-*

16 *Frisesomorum.* V. *Frisesomorum* est modus indirectus primæ figuræ, habens Assumptionem universalem, cæteras particulares. Et propositionem affirmatam cæteras negatas, ut:

Quidam homo est substantia.
Nullus lapis est homo.
E. *Quædam substantia non est lapis.*

Innaturalitas hujus syllogismi est in tribus; quòd extrema transpositum habent situm in præmissis & conclusione, sicut & priores indirecti modi. 2. Naturaliter in prima figura assumptio non potest esse negata. 3. nec propositio esse particularis.

Est autem in tali syllogismo. 1. simpliciter convertenda assumptio. Sic: *Nullus homo est lapis.* 2. hæc transponenda est in locum propositionis. 3. propositio superior est convertenda sic: *Quædam substantia est homo.* Et tum sequitur syllogismus in Ferio: Is qui supra scriptus est. Atque sic & hic syllogismus habuit bonam consequentiam ex conversionibus propositionum.

17 *Cur dicantur modi indirecti?* Ex his summatim patet. 1. Recensitos modos hujus figuræ *indirectos* esse partim, quia pugnant contra directum modum concludendi in hac figura, sicut est tùm, cùm propositio est particularis vel assumptio negata; partim quia naturalem situm extremorum in præmissis immutant in conclusione. 2. Atque adeò apparet: hos syllogismos non admodum curandos esse in artibus. Ars enim non perficit nisi quod inchoat natura. Tales autem syllogismi non sunt naturales. Rursus patet ex dictis. Tales syllogismos non esse malos & inconsequentes, quia nunquam in tali forma deprehenduntur conclusisse falsum. Estque ratio hujus clara, quia, post conversionem (præmissarum vel conclusionis) quæ itidem suam necessitatem & infallibilitatem habet, tales

tales syllogismi directè sunt in modis directis hujus figuræ, ut visum est in singulis. Hac igitur de causa hos modos *indirectos* dixi, sed tamen *verum concludentes*.

ARTICULUS II.

Modi falsi & inutiles in prima figura?

Supradictum est, directos modos in quaque fi- 18
gura (non proprios) esse sedecim. Ex his igitur, in prima figura solum 4. sunt utiles, *Barbara, Celarent, Darii,Erioq́;*. Igitur in prima figura erunt 12. modi inutiles. Illi igitur hi sunt.

1. Cum utraque præmissarum est universalis negativa. Hic syllogismus vitiosus est, tum quia est ex puris negatis: tum quia assumptionem habet negatam, quòd in prima figura fieri non debet.

2. Cum utraque præmissarum est universalis, sed propositio est affirmativa, assumptio negativa. Hic syllogismus vitiosus est propter assumptionem negatam.

3. Cum propositio est particularis & assumptio universalis, & ambæ affirmativæ. Vitiosus est, quia prima figura non potest esse ex particulari propositione.

4. Cum major est particularis (vitiositas) & minor universalis. Et ambæ (vitiositas) negativæ.

5. Cum propositio est particularis (vitiositas) negativa, minor universalis affirmativa.

6. Cum major est particularis (vitiositas) affirmativa, minor universalis negativa (vitiositas.)

7. Cum propositio est universalis, minor particularis, & ambæ (vitiositas) negativæ.

8. Cum propositio est universalis affirmativa, & assumptio particularis, negativa (vitiositas.)

9. Cum

9. Cum utraque præmissarum est particularis (vitiositas) affirmata.

10. Cum utraque præmissarum est particularis (vitiositas) negativa.

11. Cum major est negativa, minor affirmativa, & ambæ (vitiositas) particulares.

12. Cum major est affirmativa, minor (vitiositas) negativa. Et ambæ particulares (vitiositas.)

Ita hos modos recensere solent Aristotelici. Ego brevissimè circumscribam, totam hanc farraginem modorum inutilium per hanc regulam: Omnes modi inutiles primæ figuræ, vel habent propositionem particularem vel assumptionem negatam; vel utrumque. Ergo quicunq; syllogismus aliquo horum membrorum comprehenditur ille vitiosus est. Proinde duo in hac figura sunt

Sophismata:

1. Cùm propositio est particularis, patuitque in Canone primo.

2. Cum assumptio est negata. Patuitque in Canone secundo.

CAPUT VII.

De secunda figura.

1. Syllogismus secundæ figuræ est, in quo medius terminus prædicatur in utraq; præmissa. ut:

Omne sentiens est animal.
Nulla planta est animal.
E. Nulla planta est sentiens.

2. Ejus canones primarii duo sunt. 1. in secunda

unda figura, propositio nunquam sit parti-
ularis. 2. Altera præmissarum sit negata.

3. Ejus igitur modi sex sunt: Duo uni-
ersales, ut: *Cesare, Camestres*, duo particula-
es ut: *Festino Baroco*. Et duo proprii.

4. I. *Cesare* est modus secundæ figuræ,
abens partes omnes universales, affirmatas,
æteras negatas. ut:

Nullus lapis est animatus.
Omnis planta est animata.
E. Nulla planta est lapis.

5. II. *Camestres* est modus secundæ figu-
æ habens omnes partes universales. Propo-
itionem affirmatam, assumptionem & con-
clusionem negatam. ut:

Omne sentiens est animal.
Nulla planta est animal.
E. Nulla planta est sentiens.

6. III. *Festino* est modus secundæ figuræ
habens propositionem universalem cæteras
partes particulares; assumptionem affirma-
tam, cæteras negatas. ut:

Nullus lapis est animatus.
Quædam substantia est animata.
E. Quædam substantia non est lapis.

7. IV. *Baroco*. Est modus secundæ figu-
ræ, habens propositionem affirmatam uni-
versalem, cæteras partes negatas & particu-
culares. ut:

Omne

Omne sentiens est animal.
Quædam substantia non est animal.
E. Quædam substantia non est sentiens.

8. V: *Proprius prior* est, qui habet propositionem affirmatam, cæteras partes negatas ut:

Iohannes Baptista fuit decollatus ab Herode.
Iohannes Evangelista non fuit decollatus ab Herode.
E. Iohan. Evangelista non est Iohannes Baptista.

9. VI. *Proprius posterior* est, qui habet Assumptionem affirmatam cæteras negatas. ut:

Iohannes Evangelista non fuit decollatus ab Herode.
Atqui Iohannes Baptista fuit decollatus ab Herode.
E. Iohannes Baptista non fuit Iohannes Evangelista.

COMMENTARIVS.

1 *Secundam figuram Ramus vocat* primam speciem syllogismi explicati. *Definit eam sic: Quod argumentum in ea semper sequatur, negatum in altera parte. Nos tamen mentionem nullam negationis fecimus in ipsa definitione. Ejusq; causa prius reddita* in cap. 4. *Sumitur autem nostra definitio ex Aristot.* 1. prior. cap. 5. §. 2. Medium, *inquit*, in ea appello, quod ambobus extremis attribuitur. Extrema verò de quibus illud prædicatur. *Sed & hic de duobus tantùm agendum est, nempe de Canonibus & modis hujus figuræ.*

TITU-

TITULUS I.

DE CANONIBVS SECVNDÆ FIgura.

I. *In secunda figura non fiunt syllogismi affirmativi.* 2
Hoc vulgatum sumitur ex Aristot. 1 *prior. cap.* 5. 20. ὅταν ὁμοιοσχήμονες ὦσιν αἱ προτάσεις, οἷον ἀμφότεραι στερητικαὶ ἢ καταφατικαὶ οὐδαμῶς ἔσται συλλογισμός. *ūm præmissæ sunt similes, sive ambæ sint affirmativa, ve negativæ, nequaquam est syllogismus.* Et § 29. ῆλον ὅτι οὐ γίνεται καταφατικὸς συλλογισμὸς διὰ τούτου σχήματος, ἀλλὰ πάντες στερητικοί. *Manifestum quod on fit affirmativus syllogismus in illa* (secunda figu-a) *sed omnes negativi.* Sic *Scaliger.* 1. de plantis. p. 173. *ulchri*, inquit *sunt Dialectici; qui è duabus affirmavis argumentantur in secunda figura.* Et *Ex.* 153 *§* 9. x hoc principio castigat syllogismum Cardani. *icuta succus quæritur à Græcis ad mortem voluntaiam. At Hiucæ succo utuntur Indi ad mortem voluntriam. E. Hiuca est de genere Cicutæ.* Cæterum æquiollentia hic sunt axiomata: *Conclusio in secunda fiura non debet esse negata. Item alterutra præmissarum n secunda figura debet negata esse.*

Est autem intelligenda hæc regula. 1. de consequentia formali, quæ attenditur in ipsa syllogismi ispositione, non autem de consequentia materiali. Nam secundum hanc aliquando boni sunt syllogimi affirmativi in secunda figura. Veluti: *Omne aimal sentit. Omnis bestia est animal E.* 2. Intelligenlum est, posse fieri syllogismos affirmativos in secunda figura, cùm propositio est cōvertibilis. Tùm enim medius terminus subjicitur, & forma ista syllogizandi erit in primâ figurâ. Idem est etiam in riori exemplo, ubi conversa propositio (*Quicquid entit est animal*) vera erat. Et sic bonus fiet syllogismus in prima figura.

3 *Cautela ad superiorem regulam.*

4 *Cur non fiant affirmativi syllogismi in secunda figura.*

Sed, *inquis*, cur in prima figura fiunt syllogismi affirmativi, & non etiam in secunda? *Respondeo* ex effectu. Quia syllogismi secundæ figuræ affirmativi inducunt falsam cõclusionem ex veris præmissis secus ac in prima: veluti. *Omnis homo est animal. Omnis avis est animal. E. Omnis avis est homo. Cygnus est albus. Paries est albus E. Paries est cygnus*

5 II *In secunda figura propositio non sit particularis.*

Sumitur etiam ex Aristot. 1. *prior. cap.* 5. § 26 ubi in summa duos ponit modos inutiles ex particularibus propositionibus in secunda figura. Ita ἀσυλλόγιστος est syllogismus. *Quoddam animal non est avis. Asinus non est avis E. Asinus non est animal.* Convenit autem in hoc secunda figura cum prima, cujus propositio itidem non debet esse particularis. Differt autem à tertia figura, cujus propositio est particularis in modo *Disamis* & *Bocardo*.

TITULUS II.

DE MODIS SECUNDÆ FIGURÆ.

6 *Modi directi & utiles in hac figura sex sunt, ut patuit in Theorematibus. Habereque eos formalem consequentiam saltẽ ex posteriori clarum est, quod tales syllogismi in talibus modis nunquam deprehenduntur ex veris falsum concludere. Sunt autem eorum syllogismorum duo universales, & duo particulares. Unde relinquuntur 12. modi (non proprii) inutiles in hac figura. Sunt enim in unaquaque figura sedecim modi in universum, ut priori capite dictum est.*

ARTICULUS I.

De modis inutilibus secundæ figuræ.

Illi

Illi igitur 12. modi inutiles in hac figura sunt hi: 7

1. Cum utraque præmissarum est universalis affirmativa.

2. Cum utraque præmissarum est universalis negativa.

3. Cum propositio est particularis negata, assumptio universalis affirmata.

4. Cum propositio est particularis affirmata, assumptio universalis negata.

5. Cum propositio est universalis, assumptio particularis, & utraque affirmativa.

6. Cum propositio est universalis & assumptio particularis, & ambæ negatæ.

7. Cum propositio est particularis & assumptio universalis, & ambæ affirmativæ.

8. Cum propositio est particularis & assumptio universalis & ambæ negativæ.

9. Cum utraque præmissarum est particularis affirmata.

10. Cum utraque est particularis negata.

11. Cum utraque est particularis propositio affirmata assumptio negata.

12. Cum utraque præmissarum est particularis, propositio negata, assumptio affirmata.

Peccant autem hi syllogismi vel contra generales regulas argumentandi, ut: quod ex puris negativis, vel particularibus nihil sequitur. Vel contra regulas speciales, ut, quòd in secunda figura propositio nunquam debet particularis, nec utraque præmissarum negata, vel affirmata, sed altera affirmata, altera negata esse debet. Specialia autem in hac figura sunt duo sophismata. 8

Sophismata:

1. Cum conclusio est affirmata. Patuitque per canonem secundum. 9

2. Cum propositio est particularis patuitq; per canonem primum.

ARTICULUS II.

De modis indirectis.

10 *An in secunda figura dicatur modi indirecti.*

Circa hanc doctrinam inquirendum est. *An in secunda figura etiam sint modi indirecti?*

Hac in re sententiæ variant. Explicaturque ea quæstio satis prolixè à Colleg. Conimb. 1 *prior. c. 7. q. 2.* Et affirmativa vera est 1. per exempla.

Nullus homo est lapis.
Omnis Adamas est lapis.
E. *Nullus homo est Adamas.*

Hic syllogismus est in secunda figura, ut apparet ex situ medii termini. At non concludit directè. Nam in omni directa illatione subjectum conclusionis disponitur in assumptione, & consequens in propositione, quòd hic immutatur, & proinde experimur in mente nostra ex istis præmissis non sequi istam, sed hanc conclusionem *E. Nullus Adamas est homo.*

11. *Objectio.* *Objicitur*: hunc syllogismum non esse indirectũ, quia sit Camestres directo modo hujus figuræ. Esse enim propositionem non hanc (nullus homo est lapis) sed istam (omnis Adamas est lapis.) Esseque majorem propositionem non mensurandam ex ordine prolationis; sed ex ratione terminorum, sic, ut major propositio sit, quæ continet terminum majorem quocunque loco ponatur. Major autem terminus est prædicatum quæstionis. E. Ubi prædicatum conclusionis ponitur, ibi est major propositio.

12 *Solvitur.* *Respondeo*: duobus modis posse explicari hunc syllogismum, & in utroque tamen salvari, quòd syllogismus ille sit indirectus. 1. per transpositionem præmissarum, ut sic in priori loco ponatur, quæ in supe-

periori syllogismo ponebatur secundo loco, ut
postulatum fuit in objectione. Et tùm verum, post
iam transpositioné syllogismũ quidem esse in *Ca-
mestres*: Ante transpositionem a, qualis est iste syllo-
gismus? Directus non esse potest, quia eget trans-
positione partium, & illatione nostra naturali, ex-
perimur, istam conclusionem in tali situ præmissa-
rum (ante transpositionem earum) ex illis præmis-
sis non sequi. Relinquitur igitur, ut, ante transposi-
tionem præmissarum, sit indirectus. Atq; hoc con-
firmat ipsa transpositio. Nam propter eandem (in-
ter alia) etiam *Fapesmo* & *Frisesomorum* fuerunt mo-
di indirecti.

Alio modo explicari potest syllogismus ille per conversionem conclusionis, quæ conversa sit habet: *Nullus Adamus est homo.* Ad illam autem convertendam sequitur ista conversa; *Nullus homo est Adamas.* Nam universalis negata convertitur in universalem negatam. Atque tum ille syllogismus indirectus est, quia pro principali conclusione (quæ est, *Nullus Adamas est homo*) ponit consequens illius conclusionis, nempe illud quod ex ista conclusione per conversionem elicitur, quale est hoc: *Nullus homo est Adamas.* Atque sic iterum indirectus modus est argumentandi. 13

Quod sequitur ad consequens bonæ consequentiæ sequitur etiam & antecedens Atqui ad consequens bonæ consequentiæ sequitur ea, quæ consequens convertit. Ergo etiam sequitur ea ad antecedens. Proinde: si hæc conversa immediatè ponatur ad præmissas, tum bona & valida erit illatio: Et tamen erit illatio indirecta, quia directè infert non convertentem, sed conversam. 14

Postquam igitur constitutum est: dari modos indirectos, in hac figura, illi igitur (hic in commentario. Neque enim necessaria pars Logicæ est ista 15

doctrina, ut ad modos indirectos prioris figuræ dictum est) nunc explicandi sunt.

Illi igitur modi sunt hi: *Cesares, Camestre, Firesmo, Becardo.*

16 *Cesares.* *Cesares*, ut:

Nulla planta est animal.
Omne sentiens est animal.
E. *Nulla planta est sentiens.*

Convertatur simpliciter conclusio (sic: *Nullum sentiens est planta*) Et directa fiet illatio in *Cesare.*

17 *Camestre.* *Camestre.* ut:

Omne sentiens est animal.
Nulla planta est animal.
E. *Nullum sentiens est planta.*

Convertatur conclusio (sic. *Nulla planta est sentiens.*) Et directa fiet illatio in *Camestres.*

18 *Firesmo.* *Firesmo.* ut:

Quædam substantia est animal.
Nullus lapis est animal.
E. *Quædam substantia non est lapis.*

Transponantur præmissæ & directa erit illatio in *Festino.*

19 *Becardo.* *Becardo.* ut:

Quoddam animal non est avis.
Omnis corvus est avis.
E. *Quoddam animal non est corvus.*

Transponantur præmissæ & directa erit illatio in *Baroco.*

CAPUT VIII.

De tertia figura.

1. Syl-

1. Syllogismus tertiæ figuræ est syllogismus simplex, in quo medium antecedit in utraque præmissarum, Ramo dicitur *syllogismus contractus*. ut:

Omnis homo est sentiens.
Omnis homo est substantia.
E. Quædam substantia est sentiens.

2. Ejus canones primarii duo sunt. 1. Assumptio semper sit affirmata. 2. Conclusio semper sit particularis.

3. Modi ejus 8. sunt: *Darapti*, *Felapton*, *Disamis*, *Datisi*, *Bocardo*, *Ferison*, & *duo proprii*.

4. I. *Darapti* est modus tertiæ figuræ habens omnes partes affirmatas, conclusionem particularem, præmissas universales. ut: *Omnis homo est sentiens*, &c. ut supra.

5. II. *Felapton* est modus tertiæ figuræ, habens assumptionem affirmatam cæteras partes negatas: Præmissas universales, conclusionem particularem. ut:

Nullus homo est lapis.
Omnis homo est substantia.
E. Quædam substantia non est lapis.

6. III. *Disamis* est modus tertiæ figuræ, habens omnes partes affirmatas, assumptionem universalem, cæteras particulares. ut:

Quoddam animal est rationale.
Omne animal est substantia.
E. Quædam substantia est rationalis.

7. IV. *Datisi* est modus tertiæ figuræ habens omnes partes affirmatas, propositionem universalem cæteras particulares. ut:

Omnis homo est substantia.
Quidam homo est albus.
E. Quoddam album est substantia.

8. V. *Bocardo* est modus tertiæ figuræ, habens assumptionem universalem affirmatam, cæteras partes particulares negatas. ut:

Quoddam animal non est Cygnus.
Omne animal est substantia.
E. Quædam substantia non est Cygnus.

9. VI. *Ferison* est modus tertiæ figuræ, habens assumptionem affirmatam, cæteras negatas: Et propositionem universalem cæteras particulares. ut:

Nullus homo est lapis.
Quidam homo est albus.
E. Quoddam album non est lapis.

10. VII. *Proprius prior* est ex utraq; præmissa affirmata. ut:

Iudas est proditor Christi.
Iudas est Apostolus.
E. Quidam Apostolus est proditor Christi.

11. VIII. Posterior proprius est ex propositione negata. ut:

Pilatus non est Iudas.
Pilatus fuit persecutor Christi.
E. Quidam persecutor Christi non fuit Iudas.

COM-

COMMENTARIVS.

Omnis labor inutilis est circa hanc materiam, 1
isi supponatur eam dari: Id igitur primum con-
ituendum.

TITULUS I.

AN DENTUR SYLLOGISMI TER-
tiæ figuræ.

Laurentius Valla *l.3. Dialecticarum disp. c. 2. & 9.* 2
rorsus hanc figuram repudiat, Cujus, quia liber est *Valla sententia.*
n paucorum manibus, verba huc refero. Igitur cum
etulisset *cap.9.* modos sex hujus figuræ, subjungit.
ic: *Hîc non possum me continere, quo minus exclamem.*
O Polypheme Nugator. O nugarum amatrix Peripate-
ica familia. O natio insaniens, quem unquam ita ar-
umentantem audistis? Imò quis vestrum ita argumen-
ari ausus est? quis ita argumentantem admitteret, pa-
eretur, intelligeret, &c. Annon intelligitis in omnibus
sse naturam ducem; Cur enim alios modos approbant
omnes? quia natura duce eis utuntur etiam rusticani,
etiam fœminæ, etiam pueri, quorum in ore licet omnes
stos modos annotare. Nullum autem eorum sex. Ideò hos
cum audiunt non agnoscunt in se, sed admirantur velu-
ti prodigia, reformidantq; contingere. Quod si volebant
colligere, aut esse substantiam, aut non esse lapidē (Nam
hæc duo tantùm his sex modis colligere volunt) annon
poterant ita colligere: Omne corpus est substantia. Quoddam animal est corpus. E. Quoddam animal est substantia. *Item:* Nullum corpus animatum est lapis. Quoddam animal est corpus animatum. E. quoddam animal non est lapis. *Hæc ille.*

Aristot. autem proposuit & defendit hunc syllogismum, *l. 1. prior. cap. 6.* & rectè. Nam 1. his syllogismis convenit vera definitio syllogismi, Nempe sunt 3 *Asseritur tertia figura.*

sunt orationes in quibus aliud necessitate sequitur. Dicatur enim, quid desit istis syllogismis, ut non sint formales syllogismi? 2 Probatur ab insufficientia, & quoad aliquas quæstiones in evidentia, cæterarum figurarum. Ita patet. Si dicam: Aliquis homo vectus est in cœlum, exemplo Eliæ, vel quia Elias est raptus in cœlum: tunc ibi implicatur discursus. At ille discursus non est ullo modo secundum figuram, nec secundam nec primam, ut est satis evidens. E. danda est tertia figura. Assumptum apparet. Nam *Elias* (qui ibi est terminus medius) cum extremis quæstionis non potest disponi in secunda figura, nisi ut istis subjiciatur, servatis alioquin regulis concludendi. Nam si prædicaretur Elias, de utroque, tùm fieret particularis utraque præmissa, ut: *Quoddam evectum in cœlum est Elias*. Et: *Quidam homo est Elias*. Ex puris autem particularibus nihil sequitur. Atque sic secunda figura inepta est ad istam quæstionem concludendam. Prima autem figura non est satis evidens ad hanc quæstionem. Nam semper evidentiores sunt propositiones de singularibus, in quibus singularia subjiciuntur, quàm in quibus prædicantur. At in assumptione primæ figuræ necessariò prædicandum est individuum.

4 Et proinde experimur in intellectu nostro inevidentiorem esse talem syllogismum:

Elias est evectus in cœlum.
Quidam homo est Elias.
E. Quidam homo est evectus in cœlum.

Evidentiorem autem esse syllogismum istum:

Elias est evectus in cœlum.
Elias est homo.
E. Quidam homo est evectus in cœlum.

Sic & in aliis exemplis. Volo concludere: cuidam fœminæ licere, circumcidere masculum, exemplo Zipporæ. Inde directa fit illatio.

Zipporæ licuit circumcidere masculum.
Zippora fuit fœmina.
E. Cuidam fœminæ, &c.

Confer pro hac sententia Hippium, *probl. Logic.* 32. 5

Vallæ objectiones duæ insinuantur in superiori. 1. Quia in naturali usu disserentium syllogismi tertiæ figuræ non dantur. 2. Quia quæstiones hac figura concludendæ possint concludi in prima figura.

Ad *primam* respondeo per inficiationem: quod tales syllogismi non reperiantur in naturali usu disserentium. Nam 1. Valla dicere non potest: se audivisse omnes naturaliter disserentes. Unde igitur habet istam universalem, quod nullus naturaliter disserentium eo syllogismo utatur? 2. Neque causam dare potest Valla, unde repugnet, naturaliter disserentes tali syllogismo. ut: 3. Dari tamen exempla disserentium ex hac figura, sequenti quæstione clarum erit. *Solvuntur objectiones.*

Ad *alteram* neganda est consequentia. Nam syllogismi etiam secundæ figuræ possunt fieri in prima. Et tamen propter ea illi non sunt innaturales, Fatente Valla, *l. 3. Disp. Dial. cap.* 8. Vide supra *cap.* 4. *q. 2. a. 1.* 6

ARTICULUS II.

AN SYLLOGISMI TERTIÆ FIGURÆ uspiam occurrant integri.

Hac in re variant Dialecticorum sententiæ. Ramus negat Et inde syllogismum hujus figuræ vocat *contractum*; Alios autem *explicatus*, Eò quòd iste nun- 7

nunquam occurrat explicatus omnibus suis partibus, sed semper Enthymematicè. Vide ipsum *l.2. Dial.c.*10. Ejusque Interpp. *ad hunc locum*. Recedunt ab hac sentētia Schonerus *in Epist. ad Snellium*, Makilmenæus *in Logicis* (ubi etiam scribit: Ramum retractasse priorem sententiam, & ipsi imposuisse, ut Logicam hac in parte corrigeret) Goclenius *part.* 4.*probl. Log q.* 15. Atque ita sentit etiam Ramus ipse, in prioribus Editionibus Logicæ, in quibus ait tertiam figuram Enthymemate *ferè* (non semper) contentam esse, item eam in usu perfectam & plenam *rarissimam* esse. Rarum autem quòd est, id non est nunquam.

Hæc res non est magni momenti proinde dicam breviter.

8 I. Si syllogismus hic apud autores bonos, vel etiam in usu disserendi, occurrat contractus solùm, nihilominus esset bonus syllogismus. Nam contractio Enthymematica nihil derogat formali perfectioni syllogismi, sed solum materiali, & id quidem non simpliciter, sed secundum quod illa materia syllogismi externo sermone perfertur. Hęc autem non admodum curatur.

9 *Probabile est occurrere tales syllogismos.*

II. Et si non attenderim ipse, an in bonis autoribus invenire possim tales syllogismos, tamen nullus dubito eos occurrere. Nam 1. non invenio repugnantiam inter syllogismum hunc, & ejus formam explicatam: Ergo nulla causa est, unde negetur, quod tales syllogismi occurrant. Et proinde 2. cur non possint boni autores sic loqui & discurrere. Alicui fœminæ licet masculum circumcidere. Nam Zippora, quæ & ipsa fœmina fuit, circumcidit filium suum. Hic occurrunt omnes partes syllogismi tertiæ figuræ. Et proinde talis est syllogismus transpositis partibus. Zipporæ licuit circumcidere filium. Zippora fuit fœmina. E. cuidam fœminæ, &c.

ic etiam discurrimus : Quendam hominem san-
um posse peccare, patet exemplo Davidis, qui
it vir secund m cor Dei (sanctus) & tamen pec-
vit homicidio & adulterio. Hic syllogismus est
rtiæ figuræ. Et habet omnes partes. Et proinde sic
habet directè formatus: David peccavit. David
uit sanctus. E. Quidam sanctus peccavit. Sic etiam
idicandum est de hoc syllogistico discursu. Qui-
am infideles manducant carnem dominicā. Nam
udas utique infidelis fuit. Et tamen inter fuit cœ-
æ Dominicæ, vel manducavit carnem domini-
am. Syllogismus ex hac materia talis est: Judas
nanducavit carnem Christi. Judas fuit infidelis. E.
Quidam infidelis manducavit carnem Christi.

Atque huc possunt referri isti syllogismi, quos 10
ii autores (supra citato loco) observarunt, in di-
ersis autoribus, ex Cicerone, Horatio, Vitellone,
latone, Aristotele, aliisque, ubi videri possunt.

TITULUS III.

DE DEFINITIONE HUJUS SYLLO-*gismi tertiæ figuræ.*

Aristot. 1. *prior. cap.* 6 sic ait: *Cum eidem* (termi- 11 **Expenditur locus Aristotelis.**
o) *insit aliud quidem omni aliud verò nulli, vel ambo*
mni, vel ambo nulli, hujusmodi figuram voco tertiam.
Hæc verba si intelligantur pro definitione tertiæ
guræ, falsa est definitio, propter defectum reci-
rocationis. Nam sunt aliqui syllogismi tertiæ figu-
æ etiam speciales, in quibus extrema attribuuntur
on omni vel nulli, sed alterutri particulariter. Et
roinde syllogismi in *Disamis, Datisi, Bocardo* & *Fe-*
rison, non continentur sub ista definitione. Ut recte
enset Ramus, *l.* 7 *schol. Dial. c.* 7 *in instit.*

Existimo tamen Aristotelem hæc verba non 12
roponere pro definitione plena tertiæ figuræ. Sed
oluisse solùm inchoare definitionē tertiæ figuræ,

& sic

& ſic velle eam planè definire per inductionem omnium modorum (utilium & inutilium. Neque n. Ariſtoteles de figuris loquens, in ipſa definitione figuræ diſtinguit inter modos, an utiles ſint, an inutiles, ſed ſumit eam adęquatè ex ſitu medii termini) illius figuræ. Et ſic definitio tertiæ figuræ hæc eſt apud Ariſtotelem. *Tertiam figuram voco, cum eidem medio extrema inſunt univerſaliter, hoc eſt vel utrumque omni vel utrumque nulli, vel alterum omni vel alterum nulli* (ex §.1 ante citato) Item: *cum alter terminus extremus prædicatur de medio univerſaliter, alter particulariter.* (§. 11. Et ſequentibus) Atque ita ſummatim tertia figura ſecundum ſententiam Ariſtotelis (omittendo mentionem diverſorum modorum) eſt, cùm extrema prædicantur de medio in utraque præmiſſa. Ut ſumitur ex hujus *6. cap. § 2. In tertia figura*, inquit, *medium voco, id, cui ambo attribuimus. Extrema vero quæ attribuuntur.* Atq; hinc ſumſimus noſtram definitionem.

13 **Rami definitio:** Ramus, *l. 2. Dial. c.* 10 ſic definit: *Contractus ſyllogiſmus eſt*, inquit, *quando argumentum pro exemplo ita ſubjicitur particulari quæſtioni, ut utramque partem antecedens & aſſumptione affirmatum intelligatur.* Nos tamen nolumus figuras definire ex quantitate & qualitate propoſitionum, cauſaque in ſuperioribus poſita fuit. Et ſic hanc figuram non definimus vel particulari concluſione vel aſſumptione affirmata, ſed ſimpliciter dico: *ſyllogiſmum tertiæ figuræ eſſe, in quo medium antecedit in utraque præmiſſa.*

TITULUS IV.

DE CANONIBUS TERTIÆ FIguræ.

14 I. *In tertia figura Aſſumptio non ſit negata.*

Eſt axioma Ariſtot. 1. *Prior. cap.* 6. § 18 ὅταν ὁ ἐλάττων ᾖ στερητικὸς, οὐκ ἔσται συλλογισμὸς. *Cum minor* (terminus)

nus) *est negativum non erit syllogismus.* Sic non valet consequentia. *Petrus est Apostolus. Petrus non est Iohannes. E. Iohannes non est Apostolus. Homo est animal. Homo non est Bestia. E. Bestia non est animal.*

Est tamen observandum per accidens secus evenire, & aliquando committi transpositionem partium, unde contingit, ut sæpè videatur assumptio negata, quæ tamen non assumptio, sed propositio est. Ut omne animal est substantia. Quoddam animal non est homo. E. Aliqua substantia non est homo. Hic syllogismus videtur habere assumptionem negatam. Sed tamen illud axioma (*quoddam animal est homo*) verè non est assumptio, sed propositio. Ut apparet, quia in syllogismi simplicis assumptione ponitur subjectum conclusionis. Unde syllogismus ille sic reducitur & corrigitur ad modum *Bocardo.* Quoddam animal non est homo. Omne animal est substantia. E. Quædam substantia non est homo.

II. *In tertia figura conclusio non sit universalis.*

Est itidem apud Aristotel. lib. 1 *prior* c. 6 § *ut* τὸ καθόλου συλλογίζεσθαι διὰ τούτου τοῦ σχήματος οὐκ ἔσται, οὔτε ἀποφατικὸν οὔτε καταφατικόν, h. e. *Universale concludere in hac figura* (tertia) *non licebit, neque affirmativum neque negativum.* E. non valet consequentia. *Omnis homo est rationalis. Omnis homo est sentiens. E. Omne sentiens est rationale:* sed hoc solùm vi hujus formæ sequitur. *E. Quoddam sentiens est rationale.*

Per accidens tamen & hic evenit, ut nova conclusio inferatur, quæ sit universalis. 1. Vi materiæ. Veluti: Omnis homo est sentiens. Omnis homo est rationalis. E. Omne rationale est sentiens. 2. Vi figuræ primæ, cum aliqua propositio est convertibilis. ut: Omnes electi sunt justificati. At omnes electi sunt præsciti. Ergo omnes præsciti sunt justificati. Hic converte Assumptionem & syllogismus est in prima figura. Sic: Omnes electi sunt justificati.

cati. Omnes præsciti sunt electi. E. Omnes præsciti sunt justificati.

16 III. *In tertia figura est processus à specie ad genus.*

Veluti in hoc syllogismo. Omnis homo est animal. Et omnis homo est substantia. E. Quædam substantia est animal. Ibi species est homo. Genus autem est substantia, ad quam fit processus. Ex quo etiam apparet, processum qui hic dicitur à specie esse ad genus, non intelligi esse inter extrema, sed à medio (quòd est species) ad extrema (quæ sunt genus medii.) Quia autem omne genus est latius suâ specie & proinde una species non potest continere totam potestatem generis, igitur ad genus illatio fieri non potest nisi in particulari, sicut in priori exemplo, atque omnibus aliis modis hujus figuræ patet.

Cur in hac figura fiat tantùm conclusio particularis.

TITULUS V.

DE MODIS TERTIÆ FIGURÆ.

17 In singulis figuris, ut *c.*5. dictum est, & defensum, *c.*6 reperiuntur trium generum modi. Igitur de singulis etiam hîc breviter dico.

ARTICULUS I.

De modis utilibus.

18 In genere dico illos modos utiles esse in hac figura, qui secundum talem dispositionem ex vera materia semper colligunt veram conclusionem, Aut qui formantur secundum canones superiores. Unde relinquitur istos modos omnes inutiles esse, qui vel peccant contra superiores canones, aut etiam generales concludendi regulas. Vel etiam, (quæ tamen coincidunt) ex vera materia falsam conclusionem eliciunt.

In specie autem sunt isti octo, qui in theorematibus

tius definiti & per exempla illustrati sunt: Unde nihil de iis hic dicendum superest.

Quæritur: *Cur in hac figura plures modi utiles sunt, quàm in aliis?* In prima enim & secunda figura sunt sigillatim solum sex modi. *Respondetur* id esse inde, quia in hac figura pauciora sunt observanda secundum præmissas. 19 *Cur hic plures modi utiles sint, quam alibi.*

In prima enim figura duplicem legem habent præmissæ, ut scil. nec propositio sit particularis nec assumptio negata. Secunda figura itidem duplicem habet legem, ut propositio scil. non sit universalis, nec utraque præmissarum sit Affirmativa. At figuræ tertiæ præmissæ unicam solum legem habent, de Assumptionis affirmatione. Unde fit, ut quasi laxior sit hæc tertia figura.

ARTICULUS II.

De modis inutilibus.

In genere qui sint modi inutiles & sophistici in hac figura, ex Paulo antedictis apparet satis. In specie autem cum in unaquaque figura in universum, sedecim sint modi (universales & particulares) & verò hic sex sint utiles, ut in theorematibus visum est, idcirco decem relinquuntur inutiles ab Aristotelicis. 20

1. Cum major est affirmata, assumptio negata, utraque universalis.
2. Cum utraque est universalis negata.
3. Cum major est universalis affirmata, minor particularis negata.
4. Cum major est particularis affirmata, minor universalis negata.
5. Cum major est particularis, minor universalis, utraque negata.
6. Cum major est universalis minor particularis, & utraque negata.

7. Cum utraque est particularis affirmata.

8. Cum utraque est particularis negata.

9. Cum utraque est particularis, propositio affirmata, assumptio negata.

21 *Augentur modi inutiles.* Quia tamen hi modi omnes sumuntur ex vitiosa quantitate, & qualitate præmissarum, ut apparet, & verò peculiaris ratio est conclusionis, quoad ejus quantitatem, quod scil. semper debeat esse particularis idcircò hinc possumus plures facere modos inutiles hujus figuræ. Veluti,

11. Cum omnes partes sunt universales affirmatæ.

12. Cum omnes partes sunt universales negativæ, &c.

Ex dictis patet: Omnes istos modos, vel pugnare contra generales syllogizandi regulas, vel vitiosos esse, quia peccant in canones hujus figuræ.

Atque sic specialiter in hac figura fiunt duo

Sophismata.

22 1. Cum assumptio est negata: Patuitq; in exemplis positis in canone 1.

2. Cum conclusio est universalis. Patuitque similiter in exemplis positis ad canonem 2.

ARTICULUS III.

De modis indirectis.

23 *An hic dentur modi indirecti.* An ii in hac figura dentur disputari solet, sed judicari res potest ex dictis priori capite.

Est a. hic fundamentum modorum indirectorum, quod particularis affirmata conclusio converti potest in particularem affirmatam per Aristotel. 1. *prior. cap.* 2. Unde si convertens ponatur in locum conversæ indirectus erit syllogismus, ut in Disamis.

Quædam

Quædam voluptas est bona.
Omnis voluptas est affectus.
E. Quoddam bonum est affectus.

Directe hic erat concludendum. E. Quidam affectus est bonus. Idem autem fieri potest in cæteris modis affirmatis, Darapti & Datisi, Cæteri autem modi, qui concludunt particulares negatas conclusiones, particularis autem negata non convertitur, idcirco ex istis syllogismis alii indirecti fieri non possunt, per conversionem conclusionis. Sed ibi fit indirectus modus argumentandi, per transpositionem præmissarum. Veluti in *Bocardo* transponendo præmissas sic concludo: *Omnis homo est animal. Quidam homo non est sanus. E. Quoddam animal non est sanum.* Et sic in cæteris.

TITULUS VI.

DE SYLLOGISMO EXPOSITORIO.

De hoc syllogismo solet à Logicis hîc tractari: 24
Sed quia verè nihil aliud est, quàm proprius, ideirco supra de eo egi, *c.* 4 *l.* 3. Dedique rationem appellationis, & an syllogismus expositorius sit verè syllogismus, ac denique an, & quomodo probet syllogismum tertiæ figuræ. Unde de eo hic nihil dicendum superest.

TITULUS VII.

QVIS ORDO INTER FIGVRAS *servandus sit?*

Aristot. 1. *prior. Analyt.* servavit eum ordinem, 25
quem nos etiam in hac tractatione habemus. Ramus autem, *l.* 2. *Dial. c.* 10. & *l.* 7. *schol. Dial. c.* 5 ejusque plerique Interpp. *ad priorem locum*, hunc ordinem, invertunt, faciuntque primam figuram, quæ Aristoteli tertia est, & tertiam quæ Aristoteli prima est.

Sententia Rami in ordine figurarum.

Probat autem suam sententiam Ramus *in scho. Dialecticis*, sic, quia tertia figura (Aristotelica) simplicissima & natura prima. Prius enim est, argumentum præcedere tertium, quod fit in tertia ista figura, quam sequi tantum, quòd fit in secunda, atque etiam, quam partim sequi & partim antecedere, quòd fit in prima.

26 *Confirmatur Aristotelicus ordo figurarum.*

Nihilominus Aristotelicum ordinem rectè servari judico, supponendo non admodum referre quænam figura primo loco doceatur. Unde non tàm rationes, quam congruentiæ talis ordinis afferendæ sunt. Ita igitur confirmatur propositum. 1. Quia syllogismi hi primæ figuræ sunt evidentiores (quoad consequentiam) aliis. Ita patet à priori quia maximè congruunt ad dictum de omni & de nullo, tum à posteriori, quia frequentius occurrunt in naturali usu differendi syllogismi primæ figuræ quam tertiæ, quod adeo verum est, ut propter raritatem exemplorum illius, Valla *l.3. Dial.c* 9. putaverit in naturali disputatione nullos dari syllogismos tertiæ figuræ. 2. Quia prima figura apta est ad quasvis quæstiones concludendas; universales & particulares (in quo differt à tertia) affirmatas & negatas, (in quo differt à secunda) Atque hac ratione etiam utuntur Conimbric. 1. *prior. c.* 4. *in expositione textus.* 3. Quia (prædictis ex causis) figura hæc est nobilissima, ut Aristot. docet. 1. *post. c.* 11. At nobilitas, cùm cætera sunt paria, frequenter solet esse mensura ordinis.

27 *Solvitur Objectio.*

Ad objectionem Rami respondendum est, negando, quòd tertia figura sit simplicissima & naturâ prima. Nam 1. situs prior medii termini in ista figura, quomodo faceret istam simplicitatem explicari non potest sive in principium unum cōponens ponatur primo loco, sive ponatur secundo loco, semper æqualiter fit compositio. Deinde subjici medium

um terminum semper arguit ignobilitatem. Præ-
cari enim nobilius est quàm subjici. Vide Colleg.
onimbr. *d. l.* Unde sic figura tertia est ignobilis-
na.

CAPUT IX.

e affectione syllogismorum secundæ & tertiæ figuræ, h.e. earum reductione & expositione.

1. Syllogismi secundæ & tertiæ figuræ
nt imperfecti, h. e. inevidentes inconse-
entiâ.

2. Hæc imperfectio tollitur, reductione
expositione.

3. Reductio est manifestatio consequen- *Reductio.*
e in syllogismis secundæ & tertiæ figuræ,
r primam figuram.

4. Estque communis vel propria.

5. Communis est per deductionem ad ab-
rdum, quâ omnes imperfecti syllogismi
obari possunt.

6. Specialis est per conversionem con-
usionis vel præmissarum.

7. In hac reductione attenduntur initia-
s & mediæ consonæ, figuræ secundæ & ter-
æ.

8. Initiales consonæ monstrant modum
rimæ figuræ, ad quem fieri debeat redu-
io.

9. Incipientes igitur à similibus consonan-tibus reducuntur ad similem modum.

10. Atque sic quia consonæ initiales i prima figura sunt B.C.D.F. idcircò, qui mod in secunda & tertia figura incipiunt à B. re ducuntur ad B. qui à C. reducuntur ad C. &

11. Igitur ad *Barbara* reducuntur *Baro* & *Bocardo*.

Ad *Celarent* reducuntur *Cesare*, *Camestre*

Ad *Darii* reducuntur *Darapti*, *Disamis* *Datisi*.

Ad *Ferio* reducuntur *Festino*, *Felapton*, *Fe* *cison*.

12. Consonæ mediæ indicant modum reductionis.

13. Sunt autem illarum consonantium quatuor: S. P. M. C.

14. S. Notat illam partem, quam signat simpliciter convertendam esse, h. e. univer salem in universalem, particularem in parti cularem.

15. P. Notat partem, in qua ponitur, con vertendam per accidens, h. e. universalem i particularem.

16. M. Notat præmissas transponẽdas esse

17. C. Notat syllogismum in quo poni tur reduci aliter non posse, quam deductio ne ad absurdum.

Noti sunt versiculi:

S. Vul

S. Vult simpliciter verti. P. vero per acci.
M. Vult transponi. C. per impoßibile duci.

18. Expositio est manifestatio particulariũ **Expositio.**
& universalium syllogismorum tertiæ figuræ
per medium singulare. Exẽpla postea erunt.

COMMENTARIUS.

1 *Principio hic inquirendum est, de an sit, ne in vanum laboremus.*

TITULUS I.

AN DOCTRINA REDUCTIONIS tradenda sit in Logicis.

Reductionem syllogismorum posuit Aristot. 1. *Prior. Anal.* & communissimè solet defendi ab Aristotelicis. Repudiant tamen eam ex veteribus Antipater & Chrysippus & Galenus, quos secutus est Valla, *l. 3. Disp. Dial. c. 8.* & Ramus, negans imperfectionem secundæ & tertiæ figuræ *l. 7. schol. Dial. c. 6.* & alibi Dounam. *l. 2. Dial. c. 12. p. 710*, Beurhus. *Pæd. Dialag part. 2. p. 940 & in Collat. p. 208. part. 2.* *Qui rejiciant reductionum doctrinam?*

2 Utuntur illi his argumentis. 1. singuli syllogismi habent per se consequentiam. Igitur non opus est eos reduci ad primam. Unde 2. ajunt, non majori ratione secundam & tertiam ad primam referri, quam istas ad hanc. 3. Post reductionem, syllogismi secundæ & tertiæ sæpè non habent eandem conclusionem. Unde non sunt iidem syllogismi reducendi & reducti. *Eorum argumenta,*

3 Hac in re statuendum est. I. Reductionem non esse simpliciter necessariam. Ita patet, quòd singuli syllogismi habeant consequentiam. Atque sic, si quis vel per malitiam, vel per imperitiam neget tertiæ & secundæ figuræ consequentias, non ilicò necessarium est confugere ad reductionem: Quia fieri *Reductio non est simpliciter necessaria.*

 potest,

potest, ut eadem de causa, aliquis neget conseque-tiam primæ figuræ. Probari igitur consequenti modorum secundæ & tertiæ figuræ potest, princ-pio à posteriori, quod scilicet, secundum tales m-dos argumentandi, nunquam deprehensum sit, -veris falsum sequi. Potest etiam contra talem pra-scindi omnis disputatio, utpote qui principia n-gat.

4 *Vtilitas hujus doctrinæ.*

II. Nihilominus reductionis doctrina non e-simpliciter inutilis.

Nam prima figura habet evidentiorem conse-quentiam quàm cæteræ. Et proinde secunda & ter-tia figura, etsi in suo genere perfectæ sunt, rectè ta-men hoc respectu dicuntur imperfectæ, ab Arist. 5 *& 6. cap. 1. prior. Anal.* Atque adeò rectè tum redu-cuntur ad primam, ad deponendam q. imperfectio-nem suam.

5 *Evidentia in syllogismo duplex.*

Circa hoc argumentum tria sunt accuratè tenenda. *Primò.* Evidentiam in syllogismo esse duplicem. Alia est evidentia materiæ; Alia formæ. Illa est, cùm servatur naturalis ordo, quo disponi debent aliqua argumenta, veluti, si subjectum subjiciatur & adjunctum prædicetur. Non contra. Ita, si subjiciatur definitum & prædicetur definitio. Nō contra. Ita cùm prædicatur aliquid de re singulari & sensili, magis evidens est, quàm cùm quid dicitur de re universali & insensili, &c. Proinde sic evidentiores sunt hæ propositiones; *Homo est risibilis, & Homo est animal rationale. Hic homo moritur, ista; Risibile est homo. Animal rationale est homo. Omnis homo moritur.* Evidentia autem formæ syllogisticæ est in ipsa consequentiæ evidentia. Vide Zabarell. *de quart. fig. syllog. c. 10. ad finem.* Atque ex hoc dico: Non intelligi evidentiam materiæ, cùm prima præfertur cæteris figuris. Nam hæ sæpe evidentiorem materiam habent quàm ista. Ut patet. Hic syllo-

gismus

ismus est in Cesare: *Nullus lapis est risibilis. Omnis homo est risibilis.* E. *Nullus homo est lapis*: Hic syllogismus convertendo propositionem, reducitur ad Celarent. Sic: *Nullum risibile est lapis, &c.* Hic evidentior est prior propositio hâc posteriori: Quia hæc est, quam naturalis, cùm prædicatum faciat substantiam: Subjectum autem, concretum accidentale. At accidentia naturaliter prædicantur, non subjiciuntur substantiis. Et sic in aliis.

Secundò est observandum, Evidentiam consequentiæ mensurari ex principio regulativo consequentiæ. Illud autem principium est, *dictum de omni & de nullo*, cujus vis comprehenditur his duabus regulis. I. *Quicquid universaliter affirmatur de subjecto, id etiam affirmatur de quolibet contento sub illo subjecto.* ut: Si omnis substantia est ens. Tum etiam quicquid cõtinetur sub substantia, vel de quocunq; dicitur substantia, id est ens. Atque hoc est dictum de omni. II. *Quicquid universaliter negatur de subjecto, negatur etiam de quolibet contento sub subjecto.* Veluti: Si nulla planta sentit: Tùm etiam, de quocunque dicitur planta, de eo etiam negatur ipsum *sentire*. Estque hoc dictum de nullo. Ad istas igitur regulas experimur in mente nostra statim quadrare modos primæ figuræ, non autem modos aliarum figurarum. Igitur isti his evidentiorem habent consequentiam. 6 *In quo consistat evidentia consequentia?*

Tertiò est observandum: Reductionem non fieri; ad dandam syllogismis secundæ & tertiæ figuræ consequentiam, sed solum ad manifestandam & illustrandam. Nam quia syllogismi etiam hi congruunt ad dictum de omni & de nullo (ut per reductionem ad primam figuram ostenditur) idcircò hoc ipso habent consequentiam. Qua tamen illud principium consequentiæ in iis non est tam evidẽs, ac in prima figura, idcirco nec ipsa consequentia est 7 *Cur fiat reductio?*

satis evidens. Vide Zabarellam *de quarta fig. syllogismorum c.* 7.

8 *Solvuntur objectiones.* Objectiones superiores diligenter solutæ sunt Clarissimo Finckio nostro, *in doct. Syllog. c. 7. ad theor* 2 *p.* 253. *seqq* Igitur tanto brevior nunc sum.

9 In *prima* committitur Elenchus finis. Ut patuit ex priori tertia assertione, ubi dictum, reductionem fieri solum ad consequentiæ manifestationem.

10 Ad *secundam* Causa, cur secunda & tertia ad primam: Non autem hæc ad istas reducatur patuit in secunda observatione, quia scil. prima habet evidentiorem consequentiam quàm cæteræ.

11 Ad *tertiam* respondeo. 1. Conclusionem sæpe prorsus eandem servat reductio, & syllogismus reducendus. 2. Semper autem, prima conclusio saltem virtualiter continetur in conclusione syllogismi reducentis. Atque adeò præcisè syllogismus reductus & reducibilis semper habent eandem conclusionem. Nam quod sequitur ad consequens bonæ cõsequentiæ, sequitur etiã ad antecedens Veluti, cùm in *Camestres* concluditur hæc conclusio. *Nullus homo est lapis.* Tum post reductionem in *Celarent* colligitur non ista, sed hæc: *Nullus lapis est homo.* Hæc autem in virtute sua continet & priorem vi conversionis. Convertitur enim universalis negata verè in universalem negatam. Et sic in cæteris.

TITULUS II.

DE DEFINITIONE REDUCTIONIS.

12 Ex dictis ea, quæ in Theorematibus assignata est, satis clara est. Tanguntur que in ea summatim tria. 1. Terminus à quo. Et sunt syllogismi tertiæ & secundæ figuræ. In quibus hoc ipso supponitur esse imperfectio, quæ qualis sit, jam dictum est.

Nempe

Nempe non est illa imperfectio essentialis, quasi is desit formalis consequentia, sed est accidentalis, per defectum evidentiæ in consequentia. 2. Est terminus ad quem. Et est iste, *prima figura* In qua hoc ipso supponitur perfectior consequentia sive lumen aut evidentia illius. 3. Denique ipsa q. formalitas, quæ consistit in manifestatione, quod consequentia obscurior in secunda & tertia figura, fit lucida & patens per primam figuram.

TITULUS III.

DE REDUCTIONE PER DEDUCTIONEM *ad absurdum, adeoq; de reductione, Baroco & Bocardo.*

13 Hæc Reductio peculiariter tribuitur modo secũdæ figuræ *Baroco*, & tertiæ *Bocardo*, ut indicat in his modis litera C. Id autem non est intelligendum, sic: q. isti soli modi sic reduci possint, sed q. aliter reduci non possint, quam per deductionem ad absurdum. Aliâs autem omnes cæteri modi sic reduci possunt. Atque adeò per deductionem ad absurdum quævis propositio probari potest. Quandoquidem tamen alia facilior reductio est per conversionem & transpositionem & cæteris modis, idcircò deductionem ad absurdum, quæ operosior & difficilior est, solum declarabo in *Baroco* & *Bocardo*. 14

Ad horum igitur reductionem præsciendum est, si quis velit negare consequentiam talium modorum, non aliter id fieri posse, quàm quod tales syllogismi eliciant falsam conclusionem ex veris præmissis. Unde qui negat tales syllogismos, supponit eorum præmissas veras esse, atque adeò falsas esse earum contradictorias. Ex quo sequitur, si sumptâ contradictoria conclusionis eliciatur quod aliqua præmissarum falsa sit, tunc cõvictum esse adversarium ad concedendam principalem conclusionem.

Igitur

15 *Modus reducendi, Baroco.*

Igitur formo syllogismum in Baroco.

BA *Omnis ars est effectiva.*

RO *Quidam habitus non est effectivus.*

CO. E. *Quidam habitus non est ars.*

Hunc syllogismum ais non habere bonam consequentiam, admittisque præmissas. Et dicis, falsam esse conclusionem. Ergo ad te convertendum, ego sumo contradictoriam meæ conclusionis (quæ est: *Omnis habitus est ars*) eamque subjungo meæ propositioni. Sicque facio integrum syllogismum in *Barbara*.

Omnis ars est effectiva.

Omnis habitus est ars.

E. *Omnis habitus est effectivus.*

At hæc conclusio est absurda. Neque eam concedere potest adversarius. Nam in meo Baroco ille admisit ejus contradictoriam (hanc: *Quidam habitus non est effectivus*, quæ erat altera præmissarum, nempe assumptio, in meo Baroco.) Quia ergo hæc conclusio est absurda, idcircò in proximè præcedente syllogismo absurda est altera præmissarum. At non propositio. Nam illam admisit adversarius in meo *Baroco*. E. Assumptio. At illa est contradictoria meæ conclusionis in Baroco. Relinquitur igitur, quòd mea conclusio vera fuerit. Nam contradictio semper dividit verum à falso. Ita etiam faciendum est in aliis syllogismis, qui sunt in Baroco.

16 *Modus reducendi in Bocardo.*

Reductio τοῦ *Bocardo* eodem modo fit, nisi quod conclusionis contradictoria, non in Assumptione fiebat in Baroco, sed in propositione ponitur. Esto syllogismus in Bocardo.

BO *Quædam voluptas non est bona.*

CAR *Omnis voluptas est affectus.*

DO. E. *Quidam affectus non est bonus.*

Hic

Hic tu negas mihi consequentiam, admittisque præmissas, & tamen conclusionem falsam putas. Ergo igitur ut ostendam evidentiam hujus consequẽtiæ sumo contradictoriam illius conclusionis, quæ est. *Omnis affectus est bonus*. Hanc igitur nunc facio propositionem. Et subjungo ei meam assumptionem, facioque syllogismum in Barbara sic.

Omnis affectus est bonus.
Omnis voluptas est affectus.
E. *Omnis voluptas est bona.*

At hæc conclusio est absurda. Neque eam concedere potest adversarius. Nam in meo *Bocardo* ille admisit ejus contradictoriam (hanc: *Quadam voluptas non est bona*, quæ erat altera præmissarũ, nempe propositio in meo Bocardo) quia ergo hæc conclusio est absurda. Iccircò in proxime præcedente syllogismo absurda erit altera præmissarum. At non assumptio. Nam illam admisit adversarius in meo Bocardo. Ergo propositio. At illa est contradictoria meæ conclusionis in Bocardo. Relinquitur igitur, quòd mea conclusio vera fuerit. Atque ita etiam faciendum est in aliis syllogismis, qui sunt in Bocardo.

TITULUS IV.

DE ALIORUM MODORUM REductionibus.

Non curo nunc modos indirectos: quorum tamen reductio ex supradictis, cap. 6. & 7. satis haberi potest. Loquar igitur solùm de directis, qui supersunt; Nempe *Cesare, Camestres, Festino: Darapti, Felapton Disamis, Datisi, Ferison*. 17

In horum reductione duo supponuntur fundamenta certa. *Primum* est: Legitimam conversionem habere bonam consequentiam. Illa autẽ conversio 18

Fundamenta ad

reductiones aliorum modorum.

verſio conſiſtit in tribus regulis. 1. Univerſalis negata convertitur in univerſalem negatam. Si nullus lapis eſt animal. Tum etiam nullum animal eſt lapis. 2. Univerſalis affirmata convertitur in particularem affirmatam. Si omnis homo eſt animal. Etiam quoddam animal eſt homo. 3. Particularis affirmata convertitur in particularem affirmatam. Si quædam voluptas eſt bona. Etiam quoddam bonum eſt voluptas. Sumuntur hæ regulæ ex Ariſtot. 1 *prior. c.2.*

19 *Alterum* eſt; Quod ſequitur ad conſequens Bonæ conſequentiæ, ſequitur etiam ad antecedens. Proinde, cùm convertens ad converſam ſequatur, iccircò, qui concludit converſam, concludit etiam convertentem, veluti, qui concludit univerſalem affirmatam, concludit etiam hoc ipſo ejus particularem converſam. Et qui concludit particularem affirmatam, etiam concludit ejus converſam, particularem affirmatam. Et qui concludit univerſalem negatam, concludit etiam ejus converſam, univerſalem negatam. Eſtque hoc inprimis obſervandum propter *Diſamis* & *Cameſtres*. Nam hi reducti habent concluſionem, ad quam ſe habet iſtorum concluſio, ut convertens, ut indicat litera finalis *S.* in utroque modo.

20 Ceterùm qua ratione fieri debeat iſtorũ reductio ſatis monſtratur per eorum conſonantes, ut indicatum in theorematibus. Nunc tentemus praxin.

I. *Ceſare.* Reducitur ad *Celarent.* Ut indicat initiale C. Eſtque in eo ſimpliciter convertenda propoſitio, ut indicat S. in prima ſyllaba. Eſto exemplum.

Nulla planta eſt ſentiens.
Omne animal eſt ſentiens.
E. Nullum animal eſt planta.

Redu-

Reducitur prædicto modo sic:

Nullum sentiens est planta.
Omne animal est sentiens.
E. Nullum animal est planta.

II. *Camestres.* ut: 21

Omnis homo est animal.
Nullus spiritus est animal.
E. Nullus spiritus est homo.

Reducitur ad *Celarent*, ut indicat litera C. Reductio autem fit. 1. Convertendo simpliciter assumptionem, indicante literâ *S.* in syllaba secunda ***mes.*** sic: ***Nullum animal est spiritus.*** 2. Transponendo præmissas, ut indicat litera *M*, in eâdem syllabâ ***mes.*** 3. Simpliciter convertendo conclusionem, indicante *S*, in syllaba ultima, ***tres.*** Atque tum est talis syllogismus:

Nullum animal est spiritus.
Omnis homo est animal.
E. Nullus homo est spiritus.

Et vi conversionis. ***Nullus spiritus est homo.***

III. ***Festino.*** ut: 22

Nullus lapis est animal.
Quædam substantia est animal.
E. Quædam substantia non est lapis.

Reducitur ad *Ferio*. Indicatque id initialis litera F. Deinde simpliciter est convertenda propositio, ut indicat litera S. in prima syllaba *fes.* Et sic est talis syllogismus in *Ferio.*

Nullum animal est lapis.
Quædam substantia non est animal.
E. Quædam substantia non est lapis.

IV. Da-

IV. ***Darapti***. ut:

Omnis homo est sentiens.
Omnis homo est substantia.
E. *Quædam substantia est sentiens.*

Reducitur ad ***Darii***, ut indicat initialis litera D. Deinde assumptio est convertenda per accidens h. e. universalis in particularem, ut indicat P. in secunda syllaba ***rap***. Sic: ***Quædam substantia est homo***. Estque tunc talis syllogismus in ***Darii***.

Omnis homo est sentiens.
Quædam substantia est homo.
E. *Quædam substantia est sentiens.*

24 V. ***Felapton***. ut:

Nullus homo est lapis.
Omnis homo est substantia.
E. *Quædam substantia non est lapis.*

Reducitur ad ***Ferio***, ut indicat initialis litera F. Assumptio est convertenda per accidens, h. e. in particularem, ut indicat litera P. in secunda syllaba ***lap***. Sic: ***Quædam substantia est homo***. Et sic fit syllogismus in ***Ferio***.

Nullus homo est lapis.
Quædam substantia est homo.
E. *Quædam substantia non est lapis.*

25 VI. ***Disamis***. ut:

Quoddam animal est rationale.
Omne animal est substantia.
E. *Quædam substantia est rationalis.*

Reducitur ad ***Darii***, ut indicat initiale D. convertenda autem 1. simpliciter est propositio, h. e. particula-

ularis in suam particularem, indicatque id S, in prima syllaba *dis*. *Quoddam rationale est animal*. 2. transponendæ sunt præmissæ. Ut indicat M 3 Conclusio est simpliciter convertenda sic. *Quoddam rationale est substantia*. Et sic fiet syllogismus in *Darii*.

Omne animal est substantia.
Quoddam rationale est animal.
E. *Quoddam rationale est substantia.*

Et vi conversionis. *Quædam substantia est rationalis.*

VII. *Datisi*. ut: 26

Omnis homo est substantia.
Quidam homo est albus.
E. *Quoddam album est substantia.*

Reducitur ad *Darii*, ut in indicat initiale D. Assumptioque est convertenda simpliciter indicante litera S. in secunda syllaba *tis*. Sic: *Quoddam album est homo*. Et sic fit syllogismus in *Darii*.

Omnis homo est substantia.
Quoddam album est homo.
E. *Quoddam album est substantia.*

VIII. *Ferison*. ut: 27

Nullus homo est lapis.
Quidam homo est albus.
E. *Quoddam album non est lapis.*

Reducitur ad *Ferio*: ut indicat initiale F. Assumptio est convertenda simpliciter indicante id litera S. in secunda syllaba *ris*. Sic: *Quoddam album est homo*. Et sic fiet syllogismus in *Ferio*.

Nullus homo est lapis.
Quoddam album est homo.
E. *Quoddam album non est lapis.*

TITULUS V.

DE REDUCTIONE PER EXPOSI-*tionem.*

28 Expositio est acceptio alicujus singularis termi-ni contenti sub suo universali, ex quo eadem con-clusio infertur, quæ per universalem. Estque de ho syllogismo supra satis dictum *cap.* 4. Nunc exempl sunto. Esto syllogismus *Darapti* sic:

Omnis homo est animal.
Omnis homo est substantia.
E. *Quædam substantia est animal.*

Hic medius terminus est *homo*. Sub illo igitur su-mo aliquod singulare sive individuum, veluti: *Hun hominem quem video.* Et sic probo, illum modum *Darapti.*

Hic homo quem coràm video est animal.
Hic idem homo est substantia.
E. *Quædam substantia est animal.*

Sic & in aliis syllogismis tertiæ figuræ (Huic e-nim appropriatur ista reductio.) Sumo igitur syllo-gismum in *Disamis.*

Quædam bestia est ægra.
Omnis bestia est animal.
E. *Quoddam animal est ægrum.*

Hic medius terminus est *bestia* sub ea sumo ali-quod singulare. Veluti *hunc equum quem coràm vi-deo.* Et sic probo consequentiam illius Disamis:

Hic equus, quem coràm vides est æger.
Et idem equus est animal.
E. *Quoddam animal est ægrum.*

Idem fieri potest in cæteris modis hujus figuræ.

CAP.

CAPUT X.

De Syllogismo composito ejusq; divisione.

1. Syllogismus simplex, ejusque tres figuræ, hactenus fuerunt: sequitur compositus.

2. Syllogismus compositus est, in quo tota quæstio sive conclusio disponitur in propositione. ut:

Si homo sentit est animal.
Atqui homo sentit.
E. Homo est animal.

Hic conclusio est: *Homo est animal.* Ejusq; ideò termini sunt *homo* & *animal*, qui disponuntur simul in propositione, ut apparet intuenti. Idemque est in cæteris.

3. Ejus Canones sunt. I. Propositio in syllogismo composito semper sit composita et semper sit affirmata.

II. Assumptio non assumat novum terminum, qui non fuerit in propositione.

III. Ideoque in syllogismo composito omnes termini disponuntur in propositione.

4. Syllogismus compositus est connexus vel disjunctus.

COMMENTARIUS.

TITULUS I.

DE APPELLATIONIBUS HUIUS *syllogismi.*

1 *Explicatur appellatio ſyllogiſmi compoſiti.*

1. *De voce ſyllogiſmi compoſiti.* Dici poteſt non inc commodè, ſyllogiſmum compoſitum dici à duobus. Primò à propoſitione compoſita; Quia omnis ſyllogiſmus compoſitus habet compoſitam propoſitionem. Ubi tamen addendum eſt: Talem notationem eſſe inadæquatam. Neque enim quotieſcunque datur in ſyllogiſmo propoſitio compoſita, ilicò iſte ſyllogiſmus compoſitus eſt, cùm etiam ſyllogiſmus ſimplex poſſit habere propoſitionem compoſitam, ut ſupra viſum eſt, *cap.* 5 *in init. Comm. & quæſt.* 1 *ibidem.* Deinde ſic dicitur à propoſitione compoſita: ſimplicior enim diſpoſitio eſt in ſyllogiſmo, quem ſimplicem vocamus, quam in compoſito, hoc ipſo, quod in cõpoſito omnes partes quæſtionis complicantur in propoſitione. Divelluntur autem in ſyllogiſmo ſimplici. Complicatio autem inſinuat compoſitionem.

2 *Quid aliis ſyllogiſmus compoſitus*

Fortunatus Crellius, *in Log part. Com. cap.* 17. ait: compoſitum ſyllogiſmum dicendum, non qui eſt ex propoſitione hypothetica, ſed qui eſt compoſitus ex aliis ſyllogiſmis, quale quid eſt proſyllogiſmus. Sed patuit ex dictis, non eſſe nullam rationem, cur hypothetici ſyllogiſmi dicantur compoſiti præ aliis.

3 *De voce hypothetici ſyllogiſmi.*

2. *De voce ſyllogiſmi Hypothetici.* Pro voce ſyllogiſmi compoſiti, Ariſtotelici habẽt vocem ſyllogiſmi Hypothetici. Ramæi hoc nomen repudiant, quia ſoli connexo conveniat hypotheſis. Sed tamen duplici viâ retineri poteſt vocabulũ. 1. Si ſupponatur hypotheſis ſolum convenire ſyllogiſmo connexo ſive conditionali. Tunc vocabulum retinetur per ſynecdochen. Id enim valdè frequens eſt, ut nomina generalia ſumantur & imponantur à ſpecie. Sic effectum ſignificat omnium cauſarum cauſatum, ſumpto nomine ab efficientis cauſato. Et ſic in aliis. Secundò & quidem melior via eſt, quia oſtenditur

litur etiam aliis convenire hypothesin. Hypothesis enim conditionem signat. Hæc autem in disjuncto v. g. reperitur consequenter, ut apparet inde, quod ex disjunctiva statim infertur conditionalis. Veluti ex hac: *Aut dies est aut nox est*, infertur hæc: *Si dies est nox non est*. Vide Fonsecam *l. 3 Instit. Dial. c. 14*.

TITULUS II.

DE VERIS GENERIBUS SYLLOGISMORUM *Hypotheticorum, & quinam hic non intelligantur?*

1. Aristoteles. 1. *prior. c. 23.* dividit syllogismum in ...ικτικὸν ostensivum & eum, qui est ἐξ ὑποθέσεως. Per hypotheticum tamen Aristoteles hîc non intelligit syllogismū compositum. Quia iste syllogismus est etiam in aliqua trium figurarum, ut Aristoteles hîc docet. Hic igitur Hypotheticus est, qui non concludit quæstionē propositā directè, sed aliud quippiam ex quo quæstio proposita per aliquam hypothesin, & viâ quâdam obliquâ demonstratur. Vide ...onlor. 1. *prior. cap. 23. schol. 1.*

Hypotheticus syllogismus quis Aristoteli?

Atque sic sub Hypothetico syllogismo Aristoteles comprehendit primò deductionem ad impossibile, quæ fit, cùm ad asserendam nostram conclusionem, assumimus ejus contradictoriam, facimusque ex eâ contradictoria & alia manifestè vera propositione, syllogismum, qui falsam conclusionem eliciat. Unde sequitur quod talis syllogismus (quia falsum non nisi ex falso) habeat falsam aliquam præmissam. Non autem reperitur alia falsa præter eam, quæ contradicit meæ assertioni. Indeq; per obliquum mea assertio ostenditur vera. Atq; Aristot. ait 1. *Prior. c. 23. §. 5.* In deductione ad incommodum, inquit, ratiocinatio directa falsum concludit, quod autem à principio propositum est, *hypothesi* monstratur. 2

Deductio ad absurdū quomodo dicatur syllogismus ex hypothesi?

6 *Quomodo Syllogismus ex transsumptione?*

Deinde Aristoteles hic comprehendit syllog smum ex transsumptione vel concessione: Estqu tùm, quando proposita quęstio transfertur in aliai per conventionem factam cum adversario. Velu quæro: An astra sint rotunda? Hic si directe pro cedere velim, debeo hoc concludere quod quæsiv Sed facio conventionem & hypothesin cum adve sario, si demonstrem unum astrum esse rotundum quod tum velit admittere etiam alia astra esse ro tunda. E. id probo exemplo Lunæ. Astrum cujus lu men crescit secundum figuram, rotundam est ro tundum. Luna secundum figuram rotundam cre scit. E. est rotunda. Syllogismus est Arist. 2. *de cœ c.* 11. Hic directa conclusio est: Lunam esse rotun dam, sed per Hypothesin demonstratur: Omni astra esse rotunda. E. talis syllogismus est hypothe thicus, in respectu ad principalem conclusionem quia eam concludit, non nisi per hypothesin, ut v sum est. Confer de his etiam Aristot. 1. *prior. c.* 40. Interpp. *ibidem & c.* 23. Alexander refert etiam hu

7 *Aristoteles nihil habet de syllogismis hypotheticis.*

syllogismum, quem nos hypotheticum vocamu oppositum simplici: sed ejus nulla vestigia sunt a pud Arist. Existimamus igitur hypotheticos syllo gismos, quos Aristoteles explicat, nondum esse syl logismos compositos, sed alterius generis.

8 *Ex puris hypotheticis, non sunt veri hypothetici.*

II. Monlorius. 1. *prior. c.* 23. *schol.* 1. Et Fonseca *l. Instit. Log. c.* 32. Ex Cicerone & Boëthio Hypotheti cos duplices faciunt: Alios qui sunt ex meris hypo theticis, h.e. conjunctis vel compositis propositio nibus. Alios, qui sunt ex sola propositione compo sita, & assumptione simplici. Illi tamen, qui ex meri Hypotheticis sunt, non pertinent huc, sed solum qui propositionem compositam habent. Nam di rectè sunt in aliqua trium figurarum. Figuræ au tem dividunt syllogismos simplices. Exemplũ For secæ est hoc:

Si Socrates est virtute præditus est laude dignus.
At si est justus est virtute præditus.
E. Si est justus est laude dignus.

Ille syllogismus est in prima figura. Atque hoc ıso syllogismus est simplex nō compositus. Idemue judicandum est de cæteris.

III. Laurentius Valla *l.3.Dial.Disput.c.*10. ait: 9
ıultis modis fieri posse syllogismos hypotheticos *Syllogismi*
compositos) nempe per *si* per *quando*, per *ubi*, per *Hypothetici*
lativum, per comparativa & alia hujusmodi. Ho- *Laurentii*
ım syllogismorum aliqui similiter huc non perti- *Vallæ.*
ent. Veluti per *Quando.*

Quando Sol est in Cancro tunc est solstitium.
Atqui post tres menses Sol est in Cancro.
E. Post tres menses est solstitium.

Item per *ubi.* Ubi duo vel tres congregati sunt in hristi nomine, ibi est Christus.

Atqui idem est in Ecclesia & cætu sanctorum.
E. In Ecclesia & cætu sanctorum est Christus.

Atque sic apparet: idem esse de relativo. Nam 10
ıando & *tùm* temporis, *ibi* & *ubi* loci relativa sunt. *De syllogi-*
on sunt autem syllogismi illi compositi, quia in *smis rela-*
sumptione assumunt terminum, qui non fuit in *tivis.*
ropositione. At in syllogismo composito omnes
ermini conclusionis debent poni in propositione.

Comparativi syllogismi sub tali comparationis 11
orma habent Crypsin, neque primò sunt compo- *De syllogi-*
ti, veluti ex paribus. Qualis arbor ad rivos aqua- *smis compa-*
ım, talis est justus. At ista arbor lætissime fructi- *rativis.*
icat. E. & justus. Ille syllogismus non est novus, yllogismus compositus, sed ut dixi Crypsin habet, uia in propositione ponitur ejus probatio. Syllo-

gismus igitur directè est talis: Si arbor ad rivos aquarum plantata lętissime fructificat, idem faciet & justus. At prius est. E. & posterius. Probatur propositio, quia qualis arbor ad rivos aquarum plantata talis justus.

12 Idem est judicium de syllogismis ex aliis locis comparatorum sumptis. Veluti ex imparibus: Plus potest rex quam homo privatus. Atqui rex non potest testamentum condere, de rebus non suis. E. multò minus facere id potest homo privatus. Hic propositio directa hæc est, si rex non potest condere testamentum de rebus alienis multo minus id potest homo privatus, &c. Probatur propositio quia plus potest rex quam homo privatus.

13 *De syllogismis quorũ propositio continet divisionem.*

Referuntur etiam ad Hypotheticos non Hypotheticos, qui sunt per opposita membra dividentia. Ut omne animal est rationale vel irrationale. Cyclopes sunt animalia. E. sunt rationales vel irrationales. Hi syllogismi manifestè sunt simplices. Estque in specie prædictus syllogismus in prima figura.

Quinam verò syllogismi Hypothetici hic intelliguntur, ex definitione syllogismi compositi mox intelligetur.

TITULUS III.

DE DEFINITIONE SYLLOGISMI Compositi.

14 Syllogismum compositum (qui sub eo comprehendunt eos, qui ex puris Hypotheticis sunt) definiunt, quod sit is qui habeat propositionem compositam. Sed hæc definitio non satis distinguit syllogismum compositum à simplici. Neq; ea in amplitudine sumi potest syllogismus compositus, cùm syllogismi compositi ex puris hypotheticis sint simplices, manifesto hoc argumento, quia directè & primò

rimò ſunt in aliqua figurarum, ut in prioribus pa-
et. At figuræ ſpecies q ſunt ſyllogiſmorum ſim-
licium. Unde quicunque ſyllogiſmus eſt in aliqua
igurarum, ille non poteſt eſſe compoſitus.

Rectius igitur definitur ſyllogiſmus compoſitus 15
ic: *Syllogiſmus compoſitus eſt in quo tota quæſtio diſpo-
itur in propoſitione.* Id quomodo fit in ſyllogiſmo,
atuit in exemplo, in theorema ibus poſito. Patet
utem ex hoc differentia inter ſyllogiſmum ſimpli-
em & compoſitum. Nempe in compoſito ſyllo-
iſmo tota quæſtio diſponitur in propoſitione. At
n ſyllogiſmo ſimplici (non tota quæſtio ſed ſolum)
ars quæſtionis, nempe conſequens, diſponitur in
ropoſitione, ut patuit ſupra, in definitione ſyllo-
iſmi ſimplicis.

TITULUS IV.

DE CANONIBUS SYLLOGISMI Compoſiti.

1. *Propoſitio in ſyllogiſmo compoſito ſemper ſit com-
ſita.* 16

Ejus veritas eſt ex definitione ſyllogiſmi cōpoſi-
. Nam quia tota quæſtio in propoſitione diſponi-
ur, iccirco in propoſitione continentur tria argu-
nenta, nempe duo extrema, quæ ſunt ex conclu-
one, & præterea medius terminus. Hic enim diſ-
oni debet in utraque præmiſſarum. At tria argu-
nenta non poſſunt diſponi in axiomate ſimplici.

2. *In ſyllogiſmo compoſito propoſitio ſemper ſit affir-
nata.*

Ita Ramus *l.2.Dial.cap* 13. Hoc axioma Rhodin-
us (ut refert Dn. Arniſæus *in Crellium Part. Com.*
3. c.17. χολ. γ.) intelligit ſic, quaſi compoſiti ſyllo-
iſmi propoſitio non debeat habere partes negatas,
ed hæc expoſitio falſa eſt, ut patet exemplis. Si
lanta non eſt animal etiam non ſentit. At non eſt

animal. E. Planta non sentit. Hîc propositio est e duabus partibus negatis, quæ sunt (*Planta no est animal. Et planta non sentit*) & tamen bonus es syllogismus. Negata igitur propositio dicenda est non quæ habet partes negatas, sed quæ habet co pulam, h.e. ipsam conjunctionem negatam. Ergò in nullo syllogismo composito negata debet ess propositio sic, ut in ea vinculum nunquam negetur Negatur autem tùm vinculum, quando præponitu illi negatio, non quando negatio illud sequitur Non igitur sequitur:

Non, si, Petrus est animal est bestia. At non es bestia. E. nec est animal. Et sic in cæteris.

18 **De copulatis syllogismis.** *Objicitur*: quod in syllogismis copulativis propositio semper sit negata: Ut *non* & dies est & nox est Atqui dies est. E. Nox non est. *Non &* Socrates deambulat & sedet. At deambulat. E. non sedet. Vide Fonsecam, *l.6.Instit.Dial.cap.32.* Et sic ait Cicero *in Top. Deinde addunt Dialectici conjunctionum negationẽ sic: Non & hoc est & istud.* At hoc non. Igitur illud.

Respondeo: copulatum syllogismum non esse diversum ab aliis. Unde nec copulativa propositio directè potest esse propositio alicujus syllogismi negati, sed resolvenda est in aliam. Illa igitur copulata negata si transferatur in disjunctivam tunc fit affirmata, concluditque adeò in virtute hujus: *Aut dies est aut nox est*, & tunc sequitur in disjuncti secundo modo: At dies est. E. nox non est. Sic Ram. *l.2. Dial c.16.* ait: Syllogismum disjunctum secundi modi, effici, è propositione copulata negata, quæ disjunctionis affirmatæ vim obtinet.

61 3. *Assumptio non assumit novum terminum, sed quicquid in ea est sumetur ex propositione.* Nam propositio, quia totam conclusionem continet, iccircò in ea est utrumque extremum. Extrema autem sola collocata, non possunt facere præmissam. Alias enim præmissa

nissa nihil differret à conclusione. Requiritur igi-
ur in omni pręmissa, medius terminus. E. sic in pro-
ositione syllogismi compositi, præter extrema erit
tiam medius terminus: Atque adeò summatim ibi
unt tres termini. At præter tres terminos nihil est
 syllogismo. E. Assumptio etiam nihil porrò assu-
nere poterit.

Sed quem terminū assumit assumptio ex propo- 10
tione? Respondetur per distinctionem à Docto-
bus, inter quos sunt etiam collegæ mei honorandi
Dn. D. Finckius, *in Doct. Syllog. cap. 8. can. 2. p. 297.* &
Dn. Theodoricus, *in Instit. Log. l. 2. cap. 20.* Cum di
unt: Argumentum tertium nonnunquam in com-
osito syllogismo solum assumi, nonnunquam verò
um antecedente. Proinde: quando argumentum
ertium in composita propositione, est integra sim-
lex propositio, tum assumptio resumit solum ar-
gumentum tertium. Ut si bonum est fugiendū ma-
um est appetendum. At bonum est fugiendum. E.
nalum est appetendum. Assumitur autem etiam
ntecedens cum argumento tertio, quando argu-
nentum tertium est notio vel terminus simplex. Ut
i homo est imago Dei, est immortalis. At homo est
mago Dei. E. homo est immortalis. Hic medius
terminus est *imago Dei.* Antecedens propositionis
Homo, quæ complicatè faciunt assumptionem.

Quando solum medius terminus faciat assumptionem syllogismi compositi.

4. *In syllogismo composito omnes termini sunt in pro-* 21
positione. Patuit satis, tùm in axiomate priore, tùm
ad syllogismi compositi definitionem.

Atque ex his judicari potest, quando contra ge- 22
neralem definitionem de syllogismis compositis,
committantur

Sophismata:

Nempe id est, quotiescunque peccatur contra
generales istos Canones, veluti cum propositio cō-
posita est negata, & sic in cæteris.

TITU-

TITULUS V.

DE DIVISIONE SYLLOGISMI Compositi.

23 *Dividitur in connexum & disjunctum.*

Ea fit διχοτόμως, in connexum & disjunctum. Quodque isti syllogismi veri compositi sint, apparet applicando ad istos, definitionem, canones, totamque adeò generalem doctrinam de syllogismo composito. Sed dubitatio incidit de insufficientia illius divisionis.

24 *Rationes dubitandi contra sufficientiam hujus divisionis.*

Igitur 1, videntur addendi syllogismi, qui ex aliis pluribus compositi sunt, ut sunt *Sorites*, *Prosyllogismus* & *dilemma*. Nam singuli hi syllogismi complicant plures syllogismos.

2. Cum axiomata composita sint quatuor. *Connexum, copulatum, discretum & disjunctum*; Idcircò iis respondentes syllogismi compositi, videntur etiam debere esse quatuor: *Connexus, copulatus, discretus & disjunctus.*

25 *Huc non pertinet sorites & prosyllogismus. An dilēma sit syllogismus compositus?*

Circa hanc doctrinam observandum est. 1. Syllogismum compositum nunc non dici ex eo, qui ex pluribus syllogismis sit compositus, sed à propositione & dispositione composita, ut supra dictum est. Atque sic nunc huc non pertinent sorites & prosyllogismus. Atque adeò nec dilemma, secundum quod ex pluribus cornibus vel syllogismis partialibus, conficitur: sed si ad syllogismos compositos pertinet, habet id inde, quia habet disjunctivam propositionem. Quomodo nonnulli dilemma ad compositos syllogismos referunt.

26 *Ex numero propositionum compositarum non numerantur syllogismi compositi.*

2. Ex propositione composita non simpliciter definitur syllogismus compositus, cùm etiam syllogismus simplex eam habere possit. Et præterea, nec omne axioma compositum est aptum, ut ex eo fieri possit syllogismus. Idcircò apparet: nec ad numerum propositionum compositarum numerãdos

...e syllogismos compositos. Sed se singulis seorsim
...deamus.

QUÆSTIO I.

An dentur aliqui Syllogismi Discreti?

Hoc quæro: An dentur aliqui syllogismi haben- 27
...s propositionem discretam. Et respondeo brevi- *Rejiciuntur*
...r negando, quia omne axioma discretum constat *Syllogismi*
...rminis diversis. Diversa autem dissentiunt qui- *discreti.*
...m, sed levissimè, ut non repugnet eis consentire.
...nde sic unum negatū de subjecto aliquo, non po-
...t alterius affirmationem, nec contra. veluti: Quan-
...uam Ulysses est facundus tamen non est formo-
...us. At est facundus. E. Non est formosus Hic con-
...usio est: *Vlysses non est formosus*, quæ concluditur
...gumento tertio, quia sit *facundus*. At, inter facun-
...um esse & formosum esse, non est repugnantia in
...bjecto Quomodo igitur unius positio rem oveat
...iud. Apparetque magis vitiositas talis syllogismi,
...uando fit enthymema demptâ propositione sic. U-
...sses est facundus. E. non est formosus. Ibi statim
...espondetur negando consequentiam, Et sic appa-
...t discretum axioma inefficax esse ad faciendum
...llogismum.

Aliud vitium est in tali syllogismo, quòd conclu- 28
...o actu continetur in propositione: Nam conclu-
...usio est: *Vlysses non est formosus*. At idem est in pro-
...ositione. *Vlysses* (quanquam est facundus tamen)
...*n est formosus*. At conclusio non debet actu con-
...neri in præmissis, sed solùm in earū virtute, Quia
...n præmissis supponitur adhuc, tanquam latens &
...gnota.

QVÆSTIO II.

An dentur Syllogismi copulativi?

Hinc

29 *Rejiciuntur copulati affirmati.* Hanc quæstionem divido per copulatas affirmatas & negatas propositiones ergo dico 1. *Copulati affirmativi non sunt syllogismi : Et proinde nec sunt syllogismi compositi.* Veluti: Christus mortuus est & resurrexit. Atqui mortuus est. E. Resurrexit. 1. Inepta est illatio, ut ex enthymemate apparet. Christus mortuus est. E. resurrexit. Nulla consequentia. 2. Inepta etiam est illatio, quia conclusio actu continetur in præmissis, ut de discretis syllogismis dictũ est. At conclusio non actu, sed potestate in præmissis esse debet.

30 Alius potest videri modus concludendi, per copulatum affirmatum, ut copulato affirmato, statim alterum concludatur. Ut Christus mortuus est & resurrexit. E. resurrexit. Socrates est Philosophus, & bonus vir. Ergò est Philosophus. Sed nec talis modus argumentandi potest peculiarem syllogismum facere, ut apparet, quia ille syllogismus est Enthymematicus. Deest enim aliqua propositio. Cum iste discursus cõtineat solùm duas propositiones. Deesse autem non potest alia quam hæc: *Si Christus mortuus est, & resurrexit, utiq; resurrexit.* At mortuus est & resurrexit. Ergò resurrexit. At talis modus concludendi est non copulativus, sed connexus, ut apparet ex principali copula si. Etiã videtur aliquibus hos non esse discursus syllogisticos, sed processus axiomaticos à compositis ad divisa & vicissim à divisis ad composita.

31 *Rejiciuntur copulati negati,* 2. *Cum ex copulata negata propositione, tollitur unum & reliquum infertur, nullus est syllogismus.* Veluti: Non & lapis & homo est illa res quam vides. At non est lapis. E. est homo. Non & deambulat & sedet Socrates. At non sedet. E. deambulat. Ἀσυλλόγιστον.

32 3. *Cum ex copulata negata, assumitur unum & reliquum tollitur, bonus est syllogismus, sed bene comprehenditur sub disjuncto.* Et proinde sine necessitate multi-

ultiplicantur species syllogismi compositi. Prout atet exemplis. Non & dies est & nox est. At dies st. E. nox non est. Non & cæcus est & videns. At st videns. E. non est cæcus.

Quod autem syllogismi illi comprehendantur ub disjūcto secundo patet, quia istorum proposi- o æquipollet disjunctivæ huic: *Aut dies est aut nox* 7. Et: *Aut videns est aut cœcus est.* 33

Aliqu. pertinent ad disjunctos.

Atque inde experimur in intellectu nostro, cum obis datur concludendū: *non esse diem:* argumento rtio, *quia sit dies*, tunc intellectum nostrum statim overi ad disjunctum syllogismum faciendum. uod si quis tamen hunc modum argumentandi copulato negato, facere peculiarem velit, non modum repugnaverim: Et relinquetur eo in ca- solùm controversia de voce.

TITULUS VI.

IN QVO DECLARANTVR VOCAbula, tollere, & assumere.

Frequenter usurpatio horum vocabulorum oc- rrit in modis yllogismorum compositorum, ut finitiones specialium modorum inspicienti ap- ret. Necessariò ergo ea declaranda sunt. 34

1. *Assumere* in composito syllogismo est idem, od repetere positum in propositione, sic, sicut i fuit propositum, h. e. affirmatum affirmatè, ne- tum negatè. 35

Tollere autem 1. non satis adæquatè definitur per gare, ut conclusio vel assumptio alicujus syllogi i dicatur aliquā propositionis partem tollere, si m negativè proponat. Potest enim & tùm hujus- odi pars tolli, si affirmatè proponatur. Velùti: Si es est *nox non est*. Consequens illud tolletur, si firmatè proponatur assumptio: *At nox est*, &c. actenus ergo tollere, indifferenter se habet, ad af- firma- 36

Tollere non est idem quod negare.

firmare & negare, censeturque hactenus aliqua pa[rs]
tolli, si in aliâ sive diversâ qualitate repetatur, nem[-]
pe, si negetur, quod affirmatum fuerat: Et affirm[a-]
tur, quod fuerat negatum.

37 *Quid sit?* 2. Neque tamen sic adhuc dum sufficienter i[l-]
lud *Tollere* explicatur, si sub diversa qualitate rep[e-]
tatur, quod propositum fuerat. Tùm igitur ve[rè]
tolletur aliqua pars antecedentis in syllogismo;
ponatur ibi sententia priori contradicens. Ad co[n-]
tradictionem autem non satis est diversitas qu[a-]
litatis, sed præterea requiritur diversitas quant[i-]
tatis. Igitur si alicujus connexæ propositionis v.g.
pars consequens, sit universalis affirmata, non tol[-]
letur ea pars in assumptione, si ponatur universali[s]
negata, sed si ponatur particularis negata. Hæc e[-]
nim solùm est prioris contradictoria. Eodem erg[o]
modo, si pars antecedentis sit particularis negata
v. g. non tolletur in assumptione vel conclusione
Requirit contradictoriam partis tollendæ. nisi per positionem universalis affirmatæ. Veluti
*Si omnis homo est irrationalis omne animal est irratio[-]
nale*, hujus connexi consequens non tollitur ni[si]
sic: *At quoddam animal non est irrationale.* Iterum
si sic formatur connexum: *Si homo est rationalis
Quoddam animal est rationale*, non tolles illius con[-]
sequens, nisi sic: *At nullum animal est rationale.* E[t]
ratio horum omnium est, quia quæ pars tollitur, e[a]
hoc ipso debet indicari falsa esse. Falsitas autem
non constituitur adæquatè nisi per contradicto[-]
riam. Hæc in dijudicandis sophismatibus speciali[-]
bus syllogismorum compositorum, ubi ea insignem
usum habent, evidentiora & illustriora erunt.

CAPUT XI.

De Syllogismo connexo, ejusq; modis.

Syllo-

1. Syllogismus connexus est syllogismus ompositus, cujus propositio est connexiva.

2. Ejus duo modi sunt.

3. Prior est qui assumit antecedens & cō- udit consequens. ut:

Si homo est animal etiam sentit.
Atqui homo est animal.
E. *Etiam sentit.*

4. Ejus syllogismi canon est: A positione ntecedentis, ad positionem consequentis, alet consequentia.

5. Posterior est, qui tollit consequens, ut llat antecedens. ut:

Si Asinus volat, habet pennas.
At non habet pennas.
Ergò non volat.

6. Ejus syllogismi Canon est: A remo- one consequentis ad remotionem antece- entis valet consequentia.

COMMENTARIUS.

Syllogismus connexus ab aliis dicitur condi- onalis, *satisq; intelligitur, quid sit, tum ex do- rina axiomatis connexi, tùm ex proposita defini- one. Solùm aliqua breviter animadvertenda int.*

Speciales observationes.

1. De λογοτρόπῳ. De hoc vulgò agunt Logici hoc

 loco

Stoicis quid τρόπος, λόγος, & λογότροπος?

loco, & doctrina Stoicorum. Illi igitur, ut habe apud Laertium, τρόπον vocârunt, ipſum modū ar mentandi, non illigatum ulli materiæ. Veluti: S *primum, eſt ſecundum. At eſt primum. E. & ſecund* Λόγον v. vocârunt ſyllogiſmum non numeris, ſed bus ipſis implicatum, plenum & perfectum. ut *homo eſt animal ſentit. At eſt animal. E. ſentit.* Λογοτρόπον igitur vocârunt ſyllogiſmum, qui habet q dem materialem & realem aliquam propoſition (atque adeò λόγος eſt) ſed aſſumptionem haber lum repetentem terminos ſub numeris, aliisvé quipollentibus. Veluti: *At eſt primum. Ergò & ſecundum.* Item: *Prius vel antecedens eſt. E. & poſter vel conſequens.* Talis λογοτρόπου exemplum eſt ap Laërtium hoc: Εἰ ζῇ πλάτων, καὶ ἀναπνεῖ πλάτ Ἀλλὰ μὴν τὸ πρῶτον. Τὸ ἄρα δεύτερον. *Si Plato viv etiam reſpirat: At prius eſt. E. & poſterius.* Atque t

Cur frequẽtes ſint λογότροποι?

modus argumentandi uſitatiſſimus eſt in connex quia ſæpè complicantur valdè multa membra propoſitionibus quæ tædioſum & laborioſum eſt bis dicere, h. e. in aſſumptione & concluſione rep tere.

3 *Crypſes ſyllogiſmorum compoſitorum.*

2. Eſt obſervandum: ſolere quandoque in ſy logiſmo compoſito implicari proſyllogiſmum v crypſin aliquam. Id eſt primùm, cùm aſſumptio a ſumit majus: Et concludit conſequens, cum part cula magis. Veluti: *Si peccata immergerent in morter corporalem devitanda eſſent. At immergunt in æternar damnationem. E. maximè fugienda ſunt.* Deinde id eſt cum aſſumitur contrarium. Et concluditur contra rium. Veluti: *Si Deo peccata placerent tunc ea affice ret præmiis. At ea punit. Ergò etiam ei maximè diſpli cent.*

4 *Copula in propoſitio-*

3 Eſt obſervandum: principalem copulam i propoſitione hujus connexi ſyllogiſmi eſſe, *ſi*, und huic voci æquipollere debent, quæcunque aliâs ad

hiberi

eri possunt: atq; adeò resolvi debet omnis pro- *nibus con-*
sitio hujus syllogismi per conditionalem. *nexis.*
Sed quæritur de modis syllogismorum conne-
xorum.

An duo solum sint modi Syllogismi connexi?

Fortunatus Crellius *in Log. l. 3. part. comm. cap. 17.* 5
163. Ponit quatuor modos, etiam eum, qui est à *Crellii qua-*
structione antecedentis, ad destructionem con- *tuor modi*
sequentis. Et, à positione consequentis ad positio- *argumen-*
nem antecedentis. Veluti: Ex hâc propositione (*Si* *tandi in*
Sol ortus est, dies est) quadrifariam argumentatur 1. *connexis.*
nendo antecedens & concludendo consequens.
At Sol ortus est ergo dies est. 2. ponendo consequens
& concludendo antecedens. *At dies est. E. Sol ortus*
3. tollendo consequens, ut tollatur antecedens.
At dies non est. E. Sol ortus non est. Et 4. tollendo an-
tecedens, ut tollatur consequens: *At Sol ortus non*
Ergò nec dies est. Confirmaturque iisdem exem-
plis hac opinio. Nā singuli illi syllogismi sunt con-
sequentes.

Nihilominus sententia de duobus modis syllo- 6
gismi connexi cōmunissima & vera est: suntq; adeò *Rejiciuntur*
cæteri duo modi spurii inutiles: Nam singuli isti
modi, ex veris falsum concludunt. Ut I. in remotio-
ne antecedentis ad remotionem consequentis: *Si*
Leo est homo est animal. At non est homo. E. non est ani-
mal. II. In positione consequentis, ad positionem
antecedentis. ut: *Si Leo est homo est animal. At Leo*
est animal. E est homo.

Cognoscitur autem horum syllogismorum vi- 7
tiositas, quia si ex materia illorum fiat syllogismus
simplex, tunc ex priori fiet syllogismus in prima fi-
gura habens assumptionem negatam (Hic: *Omnis*
homo est animal. Leo non est homo. E. Leo non est ani-
mal.)

mal.) Ex posteriori fiet syllogismus affirmatus in secunda figura. (Hic: *Homo est animal. Leo est animal. E. Leo est homo.*) At utrumque vitiosum est.

8 Et hinc etiam in λογισμῷ non consuevit dici *Consequens est verum. E. & antecedens.* Nec: *Antecedens est falsum. E. & consequens.* Sed solùm sic dici consuevit: *Prius est verum. E. & posterius* Item: *Consequens est absurdum. E. & antecedens*, h.e. semper argumentamur, aut à positione antecedentis, aut à remotione consequentis: nunquam à remotione antecedentis, aut positione consequentis.

9 *Quando quatuor modis possint fieri syllogismi connexi.*

Ad objectionem & exempla Crellii respondeo ea procedere solùm propter materialem consequentiam. Nam, ut ostensum est, in alia materia fallunt tales modi. Estque iste quadruplex argumentandi modus, tùm, cùm propositio est reciproca, sicut est ista, *si Sol ortus est dies est.* Et vicissim, *si dies est, Sol ortus est.* Unde, cùm bonæ fiant consequentiæ, remotione antecedentis, & positione consequentis, tùm illæ fundantur in propositione convertente. Atque etsi in tali conditione propositionis, iste quadruplex argumentandi modus fieri possit in connexo, tamen inde non fieri possunt præcisè quatuor modi syllogismi connexi. Quia modi argumentandi fieri debent cum præcisione, ab omni respectu materiæ. Aliâs enim modus argumentandi ex omnibus affirmatis in secunda figura, non reponerentur inter modos inutiles, quia isti, quando propositio est convertibilis, benè procedunt.

Summatim igitur retineo duos modos argumentandi, qui propositi sunt in Theorematibus, iique in nulla materia fallunt.

De variis formis argumentandi in singulis modis.

10 Formæ istæ sunt quatuor, secundùm diversitatem

n propositionis. Prima est, cùm propositio est ex *Forma primi modi.*
utraque parte affirmata, ut: *Si Sol ortus est dies est. At Sol ortus est. E. dies est.* Secunda forma est: cùm propositio est ex utraque parte negata. *Si Sol non est ortus non est dies. At Sol non est ortus. E. non est dies.* Tertia est: cum antecedens affirmat, consequens pars negat; ut *si Sol ortus est nox non est. At Sol ortus est. E. nox non est.* Quarta, cum antecedens negat, consequens affirmat, ut: *Si non est dies, nox est. At non est dies. Ergò nox est.* Atque hæ formæ sunt in primo modo.

In secundo modo connexo totidem formę sunt, illis homogeneæ. Veluti: II *Secundi modi.*

1. *Si Sol ortus est dies est. At dies non est. E. Sol ortus non est.*
2. *Si Sol ortus non est, dies non est. At dies est. E. Sol ortus est.*
3. *Si Sol ortus est nox non est. At nox est. E. Sol ortus non est.*
4. *Si Sol ortus non est nox est. At nox non est. E. Sol ortus est.*

Sophismata 12

Tria in connexis occurrunt. 1. Cum assumitur consequens, ut concludatur antecedens. Debet enim solum assumi antecedens ad concludendum consequens, juxta primum modum,

Si Leo est homo est animal.
At est animal.
E. Leo est homo.

2. Cum tollitur antecedens, ut tollatur consequens. Debet enim solùm tolli consequens, ut tollatur antecedens, secundum posteriorem modum syllogismorum connexorum.

Si Leo est homo est animal.

At Leo non est homo.
E. Leo non est animal.

13 2. Hi igitur connexi non sunt in ullo modo connexo, quia nullus connexus procedit à positione consequentis, vel Remotione antecedentis, ut ex singulorum definitionibus supra traditis apparet.

14 3. Cum non rectè tollitur pars propositionis consequens. Veluti cum universale tollitur per universale, aut particulare per particulare. Veluti: *Si omne animal est irrationale etiam omnis homo est irrationalis. At nullus homo est irrationalis. E. & nullum animal est irrationale.*

Hic in assumptione non rectè tollitur pars consequens propositionis. cùm enim ista sit universalis affirmata, non est tollenda per universalem, sed per particularem negatam. Universali enim non contradicitur per universale, sed per particulare: Sic: At non omnis, vel quidam homo non est irrationalis. Et tùm sequitur. Ergò non omne, vel, quoddam animal non est irrationale. Sic & in particulari. Si homo ratiocinatur, quoddam animal ratiocinatur. At quoddam animal non ratiocinatur. Ergò nec homo ratiocinatur. Hic tollenda est pars consequens propositionis per universale negatum. Nam particulari non particulare, sed universale contradicit, sic: At nullum animal ratiociocinatur. Ergò nec homo ratiocinatur. Atque tum assumptio falsa est, indeque falsa sequitur conclusio.

CAPUT XII.

De Syllogismo disjuncto, ejusq; modis.

1. Syl-

1. Syllogismus disjunctus est syllogismus compositus, propositione disjunctivâ constans.

2. Ejus modi duo sunt.

3. *Prior* est: qui tollit ex propositione unum in assumptione, & reliquum concludit, ut:

Aut accusandum aut moriendum.
At non moriendum.
E. *Accusandum.*

4. Posterior est: qui ex propositione unum assumit & reliquum tollit. ut:

Aut dies est, aut nox est.
At nox est.
E. *Dies non est.* Vel:
At dies est,
E. nox non est.

COMMENTARIUS.

Ad definitionem disjuncti sciendum est: Differentiæ quasi partem contineri in genere, ut aliâs sæpè fit. Neque enim syllogismus disjunctus semper est, cum propositio est disjunctiva, sed cùm adsunt requisita generalia syllogismi compositi (hoc est, cum tota quæstio disponitur in propositione:) et præterea est propositio (non connexa, sed) disjuncta, tunc syllogismus est disjunctus. 1

Disjunctiva propositio non satis est ad syllogismum disjunctum.

2. Est observandum: propositionem disjunctivam non solùm esse eam, quæ disjunctivam Grammaticis dictam, conjunctionem habet, sed etiã quæ habet ei æquipollentem. Quale quid est negatio, copulæ ET. Nam negatio copulationis quid aliud est, 2

est, quam disjunctio? Unde propositio habens copulatam negatam propositionem rectè pro disjunctiva censetur, ut in superioribus visum fuit, tractando divisionem syllogismi compositi.

3 *Canones propositionis* 3. Est observandum: quod leges & canones disjuncti syllogismi, quoad propositionē, rectè sumantur ex legibus & natura axiomatis disjuncti. Igitur propositio syllogismi disjuncti (requirente id naturâ axiomatis disjuncti) non debet continere membra subordinata, vel ad invicem connexa, eademque simul vera, sed debet esse ex partibus oppositis. Item debet esse talis, ut semper ejus pars alterutra, tanquam vera, possit assumi vel concludi, & alterutra, tanquam falsa, possit tolli in conclusione vel assumptione.

4 *De ordine syllogismorū disjunctorū.* 4. Ordo inter modos syllogismi disjuncti, non servatur idem apud omnes. Noster ordo Rami fuit. At Cicero & Laërtius secundum primum, & primū fecerunt secundum. Hac in re nihil interest meo judicio, priorem ordinem retineo, tanquam usitatiorem in scholis nostris, ne conturbentur juniores.

5 5. Disjunctio in primo modo requirit plenam oppositorum enumerationem. Nam sublato uno disparatorum, non potest reliquum statim concludi. Non valet consequentia. Hæc res aut est cervus aut est homo. At non est cervus. E. est homo. Quanquam verius hic dicitur syllogismos tales bonos esse in forma. Vitiosos autem esse in materia, quia propositio falsa est. Unde non magnoperè puto curandum esse hoc præsens axioma, quod ab aliis proponitur. Dixi autem *in primo modo*, &c. Quia in secundo modo assumitur unum, ut reliquum vel reliqua tollantur. Satis autem efficax est positio unius disparati, ad destruendum aliud. Veluti. *Non & cervus est & homo: At est cervus. E. non est homo.*

6. In

6. In syllogismo disjuncto propositio debet esse nnibus partibus affirmata. Hæc regula traditur à am. *l.2. Dial. c.16.* Atq; sic in disjuncto syllogismo bet duplex affirmatio esse in propositione. 1. Afmatio vinculi. 2. Affirmatio partium. Illa comunis est omnibus syllogismis compositis; hæc opria disjunctis. Patet autem ejus veritas, quia nittendo illam conditionem, falsa conclusio fieri teest ex veris præmissis. Veluti: 6

Aut homo est corpus aut non est Leo. Hæc vera est. Hic assume antecedens. *At homo est corpus.* Hæc ra est. Nunc tolle consequens. *E. Homo est Leo.* æc falsa est.

Vel assume consequens & tolle antecedens sic:

Aut homo est corpus, aut non est Leo.
At homo non est Leo.
E. *Homo non est corpus.*

7. Quot formæ argumentandi sunt in singulis odis? Fonseca *l 6. Instit. Dial. c. 32.* ait: in singulis odis esse tres formas. *In priore.* 1. Ex utraque parte opositionis affirmata. ut: *Aut dies est aut nox est. t non est dies. E. nox est.* 2. Ex utraque negata. *Aut es non est, aut nox non est At nox est. E. Dies non est.* Ex alterutra negata parte. *Aut dies est aut Sol non cet. At Sol lucet. E. Dies est:* Sic etiam in posteriori odo. 7 **Speciales formæ argumentandi in disjunctis.**

Sed hæ formæ non sunt omnes approbandæ. Nã ropositionis partes ambæ in syllogismo disjuncto ebent esse affirmatæ, quia secus ex veris potest aquando falsum concludi, ut *Num. 6,* visum est. Ex uibus apparet: Si quando per disjunctam propoitionem, utrâque vel alterutrâ parte negatam, aliquid veri consequatur, non consequi illud vi formæ, sed vi materiæ. 8

Sophismata

9 Contingunt in disjunctivis sophismata 1. Si propositio non servet leges axiomatis disjūcti. Veluti; Si disjungantur in propositione, quę connexa, consentanea, aut subordinata, aut simul vera sunt. ut:

Aut Christus mortuus est, aut resurrexit.
At mortuus est.
E. non resurrexit.

Vel:

Petrus aut est homo, aut est animal.
At est animal.
E. *non est homo.*

Et sic in cæteris. Hic propositiones non sunt verè disjunctivæ, quia utraque ejus pars vera est. Ideoque copulativa potius quam disjunctiva propositio fieri debet ex illarum partibus.

2. Si propositio sit negata quoad partes suas, vel utramque vel alterutram. Exempla posita sunt *num.* 6.

CAPUT XIII.

De Syllogismis Crypticis.

1. Quartò: Syllogismus est manifestus vel Crypticus.

2. Manifestus est, qui manifestam & directam habet dispositionem syllogisticam.

3. Crypticus est, qui dispositionem syllogisticam habet occultam & involutam.

4. Crypsis illa fit vel defectu, vel redundantiâ, vel transpositione.

§. I.

5. I. Crypſis circa defectum eſt in *Enthy-ȩmate*, ad quod pertinet *exemplum* & *indu-io*.

6. Eſtque *Enthymema* ſyllogiſmus infe-ns concluſionē ex una præmiſſa. ut: *Chri-s diſperdit regnum Diaboli. E. Chriſtus non col-dit cum Diabolo.*

7. *Exemplum* eſt ſyllogiſmus ex particu-ri inferens ſimile particulare. ut: *Thebanis xium erat bellum inferre finitimis. E. & Athe-enſibus noxium erit bellum inferre finitimis.*

8. *Inductio* eſt ſyllogiſmus ex enumera-one ſingularium inferens univerſale. ut; *æc ruta prodeſt contra venenum. Et illa ruta, & a ruta, &c. E. omnis ruta prodeſt contra vene-um.*

9. II. Crypſis circa Redundantiam eſt in *roſſyllogiſmo.*

10. *Proſſyllogiſmus* eſt ſyllogiſmus habens liquid acceſſorium ad partes principales.

11. Huc pertinet ſyllogiſmus vel partes robans, vel etiam partes amplificans, at-que ſic abductio, deductio ad abſurdum, yllogiſmus ex tranſſumptione, ſylgiſmus ex bliquis, Sorites, dilemma, & denique ſyl-ogiſmus modalis vel modum habens in ali-qua præmiſſarum: De quibus in Commen-tario.

12. III. Syllogiſmus *tranſpoſitus* eſt, qui

habet

habet partes transpositas, veluti assumptionem pro situ, vel conclusionem situ medio, &c.

COMMENTARIUS.

TITULUS I.

DE SYLLOGISMO CRYPTICO IN genere.

1 Præmisi divisionem syllogismi in manifestum & crypticum, inde ut sumerem occasionem, doctrinam de syllogismo cryptico tractandi. Aliâs de manifesto syllogismo nihil hic peculiare dicẽdum est.

2 *Unde dicatur syllogismus Crypticus?* Crypticus igitur syllogismus dicitur, ἀπὸ τοῦ κρύπτειν, *occultare.* Dicitúrque sic, quòd ordinariam dispositionem syllogisticam occultet. Veluti: Ordinariò syllogismus debet habere tres propositiones sive axiomata, ex quibus constet. Quod si ergò formetur sub duabus propositionibus, jam receditur ab ordinaria dispositione, quæ sic per reticentiam unius propositionis occultatur. Rursus syllogisticus discursus contentus est ordinariè tribus propositionibus, quod si ergò aliqua ratiocinatio plures propositiones requirat, ut fit in syllogismis duplicatis quales sunt, *Dilemma, regressus, Abductio, deductio ad absurdum*, &c. tum sic etiam receditur ab ordinaria dispositione. Rursus ordinariè syllogismus fit per tres terminos. At in syllogismo ex obliquis videntur plures esse termini, ut infra apparebit. Sic igitur & sic receditur ab ordinaria dispositione. Iterum ordinaria dispositio est, ut prædicatum conclusionis ponatur in prima præmissarum, subjectũ in secunda præmissarum, si igitur hunc situm & ordinem non habeant præmissæ, tunc iterum receditur ab ordinaria dispositione.

Ex his apparet 1. An rectè & cur syllogismi illi, qui

ui specialiter enumerati sunt in theorematibus,
cantur cryptici?

2. Apparet: hoc esse requisitum syllogismorum, od secundum speciem vel apparentiam debeant cordare à requisitis syllogismorum, prout jam sa- dictum est.

TITULUS II.

DE ENTHYMEMATE.

ARTICULUS I.

De voce Enthymematis.

Enthymema dicitur à verbo ἐνθυμεῖσθαι, *animo* 4
ncipio, vel secundum vim vocis, *aliquid in animo* *Enthymema*
abeo. Unde sic Enthymema vocamus syllogismū, *unde*
ui retinet aliquam præmissarum in animo, unâ so- *dicatur?*
lum per vocem expressâ.

Aliâs Enthymema ambiguè dicitur. I. Generaliter 5
gnificat omnē cogitationē, sicut propterea Quin- *Ambiguitas in voce*
tilianus *l. 5. c. 10.* Enthymema vertit commentatio- *Enthymematis.*
nem & commentum. II. Quia autem nomina ge-
neralia frequenter solent assumi ad significandam
iam speciem nobilissimam, & verò putata est no-
bilissima sententia & acutissima, quæ est ex contra-
riis, hinc specialiter Enthymema significat cogita-
tionem vel commentationem ex contrariis. Talis
est: *ut id quod scis prodest, nihil id quod nescis obest.*
Vide Ciceronem *in Top. III.* apud Aristot. 2. *prior.*
Anal. c. 27. Enthymema significat syllogismum im-
perfectum, qui est ex verisimilibus & signis. Ubi *Enthymema quomodo dicatur ex signis?*
Monlorius 1. *prior. c. 27. in schol ad § 4.* & ex eo Ke-
kerm. *l. 3. syst. Log. c. 11.* Existimat, Aristotelem spe-
cialiter uti voce Enthymematis. Sed id secus est, ut
rectè exponit Titemannus *l. 4. Dial. c. 36.* Adeoque
existimo signum nunc non solum vocare Aristo-
telem

telem id, quòd aliud significat præter id quòd sen-
sibus exponit: Sed signum (ait Aristot. *d. l.* §.2.) e
n h l aliud quam proposit o demonstrativa, nece
saria aut probabilis. Atque sic.1. *Rhet. c.* 2. ait Aristo-
teles. *Signum esse: Sapientes esse justos, quia Socrat*
erat sapiens & justus: ubi tamen hoc non est aliqu
sensile. Adeoque sic Enthymema summatim Ar-
stoteli est iste imperfectus syllogismus, qui ex ne-
cessario vel probabili fit. Nisi fortasse ἀποδεικτικὸ
(demonstrativum) nunc intelligatur id esse, quo
aliquid ostendit. Atque tunc sensus erit definition
Aristotelicæ: Enthymema esse quòd constat e
verisimilibus & signis. Signis inquam, quæ sun
demonstrativa vel ostensiva rei alicujus, sive qu
ostendunt rem aliquam necessariò vel probabilite
Si igitur hæc sit specialis significatio, tùm præte
eam alia est. Igitur IV. Enthymema significat ge-
neraliter omnem imperfectum syllogismum, e
quæcunque tandem materia sit, in qua deficit un
præmissarum. Ita sumsit Aristoteles 2. *Rhet. cap* 2
seqq Nam Aristoteles *ibi cap.* 23. docet Enthymem
etiam sumi posse ex definitione ad definitum, iter
divisione ad divisum, qui modus argumentandi n
est ex verisimili vel signo (sensibili) sic & *in Problem*
*f.*18 *q* 5. Aristoteles Enthymema vocat, demonstra-
tionem procedentem ex universalibus.

ARTICULUS II.

De Definitione Enthymematis.

6 Aristot. 1. *prior. cap.* 27. §. 4. definit Enthymema
quòd sit syllogismus imperfectus ex verisimilibu
& signis. De hac definitione jam dictum est in prio-
ribus. Rodolphus *l.*2 c.18 ait: Enthymema esse ar-
gumentationem, in qua ex una sumptione alian
concludimus. Boethus 2. *de diff top.* ait Enthymema
esse orationem, in qua non omnibus antea proposi-
tioni

onibus constitutis, festinata infertur conclusio. Congruitque his definitionibus etiam nostra in theorematibus posita. In illa ratione generis fungitur vox syllogismi. Deinde significatur materia Enthymematis, quæ est *una præmissa*; Et *conclusio*. Sed hic est

QVÆSTIO I.

An Enthymema verè sit Syllogismus?

Ratio dubitandi est. 1. Quod Aristotelici fa- 7 *Ratio dubitandi.*
ciunt Enthymema, oppositam speciem ratiocinationis contra syllogismum. Dicunt enim Ratiocinationes esse quatuor: *Syllogismum*, *Enthymema*, *Inductionem & Exemplum*. Vide Colleg. Conimbr. l. 1. *prior*. c. 1. q. 2. a. 3. Et sic etiam Aristot. aliquando opponit inductionem syllogismo. Vide 1. *Rhet*. 2. & 3. *Rhet*. c. 22. 23. & 2. *prior*. 23. Inductio autem comprehenditur sub Enthymemate. Deinde: Syllogismus definitur mentione plurium præmissarum. Sic enim ait Arist. 1. *prior*. c. 1. Et 1. *Elench*. 1. Syllogismus est λόγος in quo positis aliquibus aliud, &c. At in Enthymemate conclusione non præmittuntur *aliqua*, sed *unum*. Nihilominus tenendum
est: Enthymema, adeoque & inductionem esse syl- 8 *Enthymema esse syllogismum.*
logismum. Ac primum docet hoc Aristot. Is expressè Enthymema syllogismum vocat; 1. *post*. 6. tex. 1. & 2. *prior*. c. 27. & *in Rhet cit. loc*. Ex quo intelligitur: Vocem syllogismi ambiguam esse apud Aristot. & aliquando sumi q. κατ' ἀντονομασίαν, & significare syllogismū omnibus numeris absolutum, *Syllogismi vox ambigua.* quo sensu Enthymema syllogismus non est. Aliquando autem sumi latius, pro discursu illativo, quomodo Enthymema syllogismus est.
Quantum ad alterum. Respondeo Enthymemati 9
competere definitionem syllogismi. Unde sic etiam confirmatur Enthymema esse syllogismū. Adverten-

vertendum igitur Enthymema inferre conclusionem ex pluribus positis, sed differenter, sic, ut unum eorum exprimatur oratione, alterum autem retineatur ἐν θυμῷ *in animo*. Ex quo dicendum est syllogismum quidem semper esse ex pluribus præmissis, sed, illas plures præmissas exprimi voce, syllogismo esse accidentale, quod adeò verum est, ut si etiam omnes partes maneant in mente, adhuc tamen sit syllogismus, ut *cap.* 1. disputatum est.

QUÆSTIO II.

An Enthymema possit fieri ex quavis materia?

10 Ratio dubitandi est, quod Aristot. 2. *prior. c.* 27. *&* 1. *Rhet. c* 2. ait: Enthymema esse syllogismum ex *verisimilibus*, h. e. probabilibus & *signis*. At sub his non cōprehenduntur omnia Entia. Multa enim non sunt probabilia, sed necessaria. Et multæ res nō sunt signa, si accuratè loquamur. Hic dicendum est. Enthymema principaliter tributum fuisse Rhetoribus. Indeque pluribus agit de eo Aristoteles in Rhetoricis (vide *l.* 1. *Rhet. c.* 2. *& l.* 2. *c.* 22. 23. 24. 25. 26.) quàm in Logicis. Quia autem Rhetores non tàm quærunt argumenta demonstrantia, quàm quovis modo persuadentia, qualia sunt in primis signa & probabilia, icircò Aristoteles, accommodatè ad morem Rhetorum loquens, ait: Enthymema esse syllogismum ex verisimilibus & signis. Aliâs enim Aristotelem agnovisse Enthymema etiam in materiis aliis, jam ante dictum est.

Quomodo Enthymema sit ex verisimilibus?

ARTICULUS III.

De divisione Enthymematis.

11 Potest ea dari multiplex. I. Quia Enthymema e-

ſt ex defectu alterutrius præmiſſæ. Iccircò Enthy-
nema aliud eſt, in quo deeſt propoſitio, aliud in
quo deeſt aſſumptio. Veluti: Si non ſit prædicatum
onclusionis in aliqua præmiſſa, tùm Enthymema
aret propoſitione, ut: *Chriſtus diſperdit regnũ Dia-
oli. Ergò non colludit cum Diabolo.* Hic, quia prædi-
atum concluſionis (*colludere cum Diabolo*) non diſ-
onitur in aliquà præmiſſa, iccircò cognoſcitur de-
ſſe propoſitio. Atqui ille defectus ſuppletur, ſi ex
oc termino, & termino medio fiat propoſitio ſic:
*Qui diſperdit regnum Diaboli, is non colludit cum Dia-
lo. At Chriſtus diſperdit, &c.* Quando verò ſub-
ctum concluſionis non diſponitur in aliqua præ-
iſſa, tunc ſignum eſt, deeſſe aſſumptionem. Velu-
: *Omnis homo eſt rationalis. E. etiam Petrus eſt ratio-
alis.* Hic ſubjectum concluſionis eſt *Petrus*, quod
ebet diſponi in Aſſumptione. Sic igitur comple-
ir: *Omnis homo eſt rationalis.* Petrus eſt homo. *E.
etrus eſt rationalis.*

II. Enthymema aliud eſt ſyllogiſmi compoſiti, 12
iud ſyllogiſmi ſimplicis. Ariſtot. omne Enthyme-
a revocat ad aliquã trium figurarũ, adeoq; ad ſyl
iſmos ſimplices. 2. *prior. c.* 27. Nihilominus eſſe et
m Enthymemata ſyllogiſmorum compoſitorum
paret, quod aliquando conſequens in Enthyme-
ate nullum terminum reſumit ex antecedente,
uòd fieri non poteſt in ſyllogiſmo ſimplici. Nam
ſimplici ſyllogiſmo, partes quæſtionis divellun
r in præmiſſis, itaque concluſio habet aliquid ex
traque præmiſſarum, prædicatum ſuum ex propo-
tione, ſubjectum ex Aſſumptione. ut: *Malum eſt
gienдum. E. bonum eſt appetendum.* Hoc Enthyme-
a non poteſt ſuppleri per ſyllogiſmum ſimplicem,
ropter dictam cauſam, quia concluſionis neuter
rminus eſt in antecedente; ſuppletur igitur per ſyl-
giſmum compoſitum. Sic: ſi malum eſt fugien-

Enthymema ſyllogiſmi ſimplicis vel compoſiti.

Non omnia Enthymemata ſupplentur ex figuris ſyllogiſmorum.

dum, bonum est appetendum. At malum est fug
dum. E. bonum est appetendum. Atque sic app
dari Enthymemata syllogismi compositi.

Enthymemata quæ syllogismi simplicis? Quæ compositi? Quid sit autem utrumque, ex dictis similiter tere potest. Nempe *Enthymema syllogismi simp* est, cùm unus terminus repetitur ex antecedent conclusione, & alius novus attexitur. At *Enthy ma syllogismi compositi* est, cujus pars omissa non test suppleri nisi per syllogismum compositum. que id semper, cùm cõclusio nullum terminum mit ex præmissis, vel etiam cum nullus novus minus in conclusione apponitur ad eos qui præ titerunt.

13 Atq; sic ad Enthymemata syllogismi compo pertinent etiam consecutiones sententiarum, q sumuntur ex conversione propositionum, si tan ad syllogisticum discursum illæ pertinent. Velu 1. Universalis negata conversa, consequitur ad u versalem negatam. ut: *Nullus homo est lupus. E. N lus lupus est homo.* Hic discursus non potest suppl *De consecutionibus ex conversione.* nisi per propositionem hypotheticam. Sic: *Si nul homo est lupus, etiam nullus lupus est homo.* Atqui n lus homo est lupus. E. nullus lupus est homo.

2. Particularis affirmata sequitur ex conversi ne universalis affirmatæ. ut: *Omnis homo est a mal. E quoddam animal est homo.* Suppletur sic *omnis homo est animal, etiam quoddam animal est h mo.* At omnis homo &c.

3. Particularis affirmata sequitur ex conversi ne particularis affirmatæ. ut: *Quædam voluptas bona. E. quoddam bonum est voluptas*, subintelligit hic ista propositio: *Si quædam voluptas est bona, iam quoddam bonum est voluptas.* Vide de his conve sivis consecutionibus Aristot. 1 *prior. c.* 2. Fuitque istis etiam, in superiori libro de propositionibus

14 Est autem observandum: in Enthymemate sy
log

ogismi compositi semper deficere propositionem, nunquam assumptionem. Veluti nulla est illatio sic, omittendo assumptionem. *Si asinus volat, habet pennas. E. habet pennas.* At bene proceditur sic, omittendo propositionem. *Asinus volat. E. habet pennas.* Et sic in aliis. *In Enthymemate composito nunquam deest assumptio.*

III. Ratione materiæ variè dividitur Enthymema. Veluti secundum Aristot. 2. *Rhetor.* 23. Enthymema aliud est à majori, aliud à minori, aliud à simili, aliud à definitione, aliud à divisione, aliud à partibus, &c. Exempla ibi vide. Et ibid. *cap.* 22. Enthymema aliud est ad demonstrandum, aliud ad refutandum. 15

IV. Speciales Enthymemata sunt Inductio & exemplum, de quibus posteà seorsum erit.

ARTICULUS IV.

De Supplendo Enthymemate.

Enthymema est imperfectus syllogismus, dicente Aristot. 2. *Prior. c.* 23. Solet autem duplex notari imperfectio: Altera, quod fit solùm ex verisimilibus & signis: Altera, quòd habet partis unius defectum. Priorem attingit Fabianus Hippius *in probl. log q* 42. sed non est ad præsens, quia nunc non agimus de Enthymemate prout ad signa & verisimilia restringitur, sed prout diffusum est ad quamvis materiam, sicut & syllogismus perfectus. Unde nobis Enthymema imperfectum est solùm, propter defectum partis. Cæterùm ille non tribuendus est Enthymemati simpliciter, sed prout intelliguntur partes illæ *voce* expressæ. Nam aliâs, quia Enthymema syllogismus est, procedit utique ex pluribus. Deficit igitur altera præmissarum in Enthymemate, solùm quoad vocalem expressionem, non quoad mentalem conceptum. 16 *Imperfectio quæ sit in Enthymemate.*

Cæterùm, quia facilè sophisticatio contingere 17

potest circa omissam partem, idcircò ut tantò facilius appareat veritas & consequentia discursus Enthymematici, supplenda sunt quæ desunt. Et tum si vel consequentia vitiosa, vel aliqua sumptionum falsa sit, neganda est, atque ita Enthymematis facile erit judicium.

TITULUS III.

DE INDVCTIONE.

Ambiguitas in voce inductionis.

18 Inductionis doctrinam ut declarem, præmittenda est ambiguitas vocis. Igitur apud Laertium in *Platone*. Inductio duplex est: Alia κατ' ἐναντίωσιν, secundum contrarietatem, Quomodo Dilemma ferè est inductio: Alia, quæ demonstret ex partibus totum. Illa dicitur ἐλεγκτικὴ refutatoria: Illa ἀποδεικτικὴ demonstrativa: 3. Zabarella 1. *post. adt.* 4. p. 637. scribit: Inducere etiam aliquando esse nihil aliud, quam inserere quodvis particulare suo universali, ante nobis cognito. Velut: Quia mihi cognitus est equus in universali, oblato singulari equo, statim dico: Hæc res est equus. Vocaturque sic hic actus *Inducere*, præeunte Aristot. *cit. loc.* Denique inductio videtur graviter significare omnem ratiocinationem à singulari. Sic Aristoteles etiam Exemplum vocat inductionem, 1. *Rhet. c.* 2. Nunc agimus de secundo genere inductionis.

Exemplum quomodo sit inductio.

19 Græcè dicitur ἐπαγωγὴ, apud Aristot. 1. *top. c.* 1 & 2. *prior. c.* 23. aliisque locis, ἐπάγειν autem interprete Budæo est ἐπὶ πρότερα ἄγειν, ex priori ducere vel unum ex alio ducere. Militaris significatio ἐπαγωγῆς est, quâ, ut Suidas scribit: ἐπαγωγὴ est ordinum series & consequutio, deinceps continuata dum in exercitu, composito agmine procedente ordines deinceps, alii post alios, procedunt. Huic sa- eis congruit nostra significatio. Nam etiam in Lo-

gic

ica inductione & propositionum, in diverso ordine positarum, continuatus processus.

Nunc realis tractatio hujus doctrinæ insistit in duobus. *Primò*, ut constet de ejus genere. *Secundò*, de medio inductionis. *Tertiò*, de ejus canonibus. 20

Propositio dicendorũ.

ARTICULUS I.

De Genere Inductionis.

QUÆSTIO I.

An Inductio sit Syllogismus?

Aristot. 1. *top.* c. 10 & 2. *prior.* c. 23. 1. *Rhet.* c. 2. Inductionem distinguit à syllogismo. Ponitque doctissimus Flacius *l.* 6. *Log. General. cap.* 21. duo eorum discrimina. Alterum est, quod syllogismus est ex ratione Inductio ex sensu. Alterum, quod inductio est singularium. At syllogismus est universalium, atque sic Colleg. Conimbr. 1. *prior. c.* 1. *q.* 2. *a.* 3 disputat: Inductionem non habere formalem consequentiam. Estque commune fundamentum, quòd inductio non præmittit nisi unam præmissam. 21

Negativa sententia fundamẽta.

Nihilominus, sicut in prioribus de Enthymemate dictum est, id syllogismum esse, ita nunc ex iisdem etiam confirmatum relinquitur, inductionem esse syllogismum. Nam inductio est species Enthymematis, ut mox videbitur. Nunc ad ea, quæ antea insinuabantur, respondeo. 22

Ad I. dico. Neq; omnẽ syllogismũ esse ex ratione, nec omnem inductionẽ ex sensu, sed dari & syllogismũ ex sensu & inductionẽ ex ratione. Illud patet, quia dantur etiam syllogismi expositorii & singulares, qui sunt ex materia sensili, ut superius satis patuit. Hoc verò patet. Quia multæ inductiones fiunt ex insensilibus. Potest enim ut deinceps videbitur, 23

Refellũtur.

Inductio quomodo non sit sine sensu?

inductio fieri ex (minus) universalibus. At nullu universale est sensile. Unde quòd Arist. 1. *prior. c.* 1. ait: Inductionem non esse sine sensu, solùm veru est, ἐπὶ τὸ πολὺ, seu ut plurimum.

24 *Inductio non semper est singularium.*

Ad *secundum* ex dictis patet responsio. Nam f sum est: inductionem esse semper singularium si individuorum: Falsum itidem: Syllogismum se per esse universalium. Et proinde, quia syllogism potest esse in materia singulari, relinquitur; quo inductio etiam, ea quæ est ex individuis, hoc n obstante, possit esse syllogismus.

25 Ad *tertium*, quòd syllogismus dicitur esse ex pl ribus præmissis, inductio autem est solum ex u præmissa, respondendum est ita, sicut prius de E thymemate responsum est, *num.* 9. *hujus cap.*

QVÆSTIO II.

An Inductio sit Enthymema?

26 *Inductio potest dici Enthymema.*

Aristoteles 2. *prior. c.* 23. & 1 *Rhet. cap* 2. aliisq locis inductionem distinguit ab Enthymemate. N hilominus, brevissime respondendo, dico, pro nunc sumitur vox Enthymematis, pro omni syll gismo defectivo sive truncato, ut Aristoteles loqu tur: Inductionem omninò esse Enthymema. Na in omni inductione omittitur, vel ἐν θυμῷ retinet assumptio. Veluti inductio est: *Hic & iste, & iste alii singuli homines sunt risibiles. E. omnis homo est ris bilis.* Hic deest assumptio. Sic: *Atqui omnes hom nes sunt hic & iste, & alii singuli homines.* E. omn homo est risibilis. Confer Zabarellam *l.* 3 *de M thod. c.* 8.

ARTICULUS II.

De Medio Inductionis.

27 Aristoteles medium inductionis dicit esse re singularem. Ait enim 1. *Top. c.* 10. ἐπαγωγὴν esse

τῶν καθέκαστα ἐπὶ τὸ καθόλου ἔφοδον, h.e. progressionem
ſingularibus ad univerſale. Et 1 *poſt.c.* 14. Ait Ari-
toteles: demonſtrationē eſſe univerſalium, ſed in-
ductionem, τῶν κατὰ μέρος, particularium. Hac in re
præmittendum eſt: ſingulare biſariam ſumi. Ali
quando ſingulare eſt idem, quòd individuum. Hæc
vulgaris eſt acceptio. Deinde ſingulare aliquando
idem eſt, quod minus univerſale. Sic Ariſtoteles 2.
poſt t. 82. ait: Facilius definiri ſingulare quàm uni-
verſale, ubi ſingulare eſt idem quod minus univer-
ſale, interprete Zabarellâ, *in comm. ad* 2 *poſt. t.* 82 *fol.*
217. & Pererio, *l.* 3 *Phil. c.* 11. & 13. Et patet, quia a-
âs ſecundum Ariſtotelem 7. *Metaph. c.* 4. & 15. in-
lividua non definiuntur, ſed ſolæ ſpecies.

Singulare aliquando complectitur minus univerſale.

Nunc dico I. *Inductio non ſemper fit per ſingularia,* 28
i.e. individua, ſed fit etiam per ſingularia, h.e. minus u-
niverſalia, adeoque fit per utraque. Per *individua.* ut:
Meus ignis calefacit: Et tuus ignis calefacit, & al
terius ignis calefacit, nec datur diſſimile exemplum
E. omnis ignis calefacit. Per *ſingularia, h.e. minus u*
niverſalia. ut: Homo ſentit, & avis ſentit, & qua-
drupes ſentit, & inſecta ſentiunt, & piſces ſentiunt.
E. omne animal ſentit. Hic proceſſus eſt ab indu-
ctione ſpecierum ad genus earum, & ſic in aliis.

Inductio ſumitur ex ſingularibus & univerſalibus.

Sic igitur omnis inductio hactenus eſt à ſingu- 29
lari, hoc ſenſu, quòd inductio ſemper inchoetur ab
aliquo reſtrictori, & terminetur ad aliquid iſto u-
niverſalius, vel amplius. Confer Zabarellam, 2. *poſt.*
cap. 2. *text.* 13.

Quo ſenſu intelligatur procedere à ſingulari.

II. Melius & adæquatius definitur medium in- 30
ductionis, quòd ſint *partes.* Omnis, inquam, indu-
ctio eſt à partibus ad totum. A partibus, inquam, ſi-
ve ſint ſpecies, ſive individua, ſive alioquin partes
integrales, eſſentiales, &c. Exemplū inductionis in
his integralibus partibus eſt tale. *Caudex plantæ vi-*
vit. Et rami plantæ vivūt, &c. E. tota planta vivit. Itē:

Adæquatè quodnam ſit medium inductionis.

Manus hujus hominis sunt sana. Et brachia, & pedes, & venter, & thorax & caput. Ergò totus hic homo est sanus.

Consectaria.

31 Ex his apparet specialiter *primò* aliquando fieri inductionem ab individuo ad universale, ut in primo exemplo primæ propositionis. Aliquando ab universali ad universale, ut in secundo exemplo illius propositionis. Aliquando ab individuo ad individuum, ut in ultimo exemplo secundæ propositionis. *Secundò*, generaliter: omnem inductionem fieri ab angustiori ad latius, h.e. à parte ad totum. Congruuntque huic omnia ista exempla.

Definitio inductionis.

32 Atq; ex his nunc sumitur definitio inductionis: *Inductio est syllogismus vel* (propinquius) *Enthymema in quo ex partibus simul sumptis vel collectis totum infertur.* Exempla ex prioribus obvia sunt.

ARTICULUS III

Canones de Inductione recensens.

33 I. *Ratio consequentiæ & fundamentum in inductione est, quod partes idem sunt quod totum.* Disputant de hujus veritate aliàs Metaphysici. Nunc id tanquam certũ accipimus. Igitur idem esse dico: *Plantam*; & *radicem plantæ, & ramos plantæ & caudicem illius.* Unde quod conjunctim de his dicitur, utiq; & de illa verum erit. Et sic est in aliis partibus.

Rursus idem est: *Omne animal* ex una parte; Et *avis ac piscis & quadrupes & homo & insectum,* ex alia parte. Unde rursus etiam quod de singulis speciebus dicitur, dicitur etiam de genere.

34 Cæterùm ex Topicis hic recordandum est; quando prædicata partium possint fieri prædicata totius: Igitur quæ de partibus prædicantur formaliter, ea toti non possunt attribui. Veluti: parti formaliter

aliter ſumptæ, & ſecundum quòd à toto diſtinuitur, convenit, *conſtituere totum.* Atque hoc artis prædicatum, non poteſt toti convenire. Inde non ſequitur: *Pes integrat hominem & maus integrat hominem, & venter, & corpus & pulmo cor,* &c. *Ergo totus homo integrat hominem.* Et atio eſt, quia integrare vel conſtituere conveit parti quâ pars. Quæ autem parti materialiter, oc eſt, parti, ut ſumitur præcisè, pro re, quæ ſuinet relationem partis, conveniunt, hæc etiam onſequenter inferuntur de toto: Ut: *manus ſunt na. Et pedes ſunt ſani. Et id eſt de omnibus aliis parbus hominis. E. totus homo ſanus eſt.* Hic bona eſt onſequentia.

2. Inductio debet enumerare omnes partes. Eſt 35
riſtot. 2. *prior. cap.* 24. ubi ex hoc Ariſtoteles ponit iſcrimen inter inductionem & exemplum. Et pat. Nam vis inductionis conſiſtit in æquivalentia artium ad totum. At illa æquivalentia non eſt niſi iter totum & partes *omnes.*

Cæterùm omnes illæ partes non ſemper enume- 37
antur diſtinctè, ſed aliquando implicitè & confuè, ut Ariſtoteles docet, 8 *Top. c.* 2. Fit illud per tales ormulas: *Et idem eſt in omnibus partibus.* Item: *Non oteſt dari diſſimile exemplum.* Et quæ ſunt his ſimies.

Compendia inductionũ.

Fit autem illud compendium inducendi propter 38
uas cauſas. 1. quia aliquando eſt admodum evicens, quod prædicatur de ſpecie, vel parte, ut nemo lubitet id convenire ſingulis partibus. Eſtque id in omnibus inductionibus demonſtrativis, quæ proedunt ex materia neceſſaria. Et ſic etiam Averroës 1. *prior. c.* 29. inquit: in inductione demonſtrativa non eſſe neceſſe, percurrere omnia ſingularia, ſed ſatis eſſe, ſi cognoſcatur paſſionem iſtam aliquibus individuis ineſſe per ſe. Tum igitur neceſſariò col-

Cur illa fiat.

ligetur, id universali vel toti etiam convenire, qu
quod singularibus per se convenit, id etiam an
convenit naturæ communi. Idem docet Zabarell
l.3.de Method. d.c.14.

Altera istius compendii causa est, quòd sæpè a
modum multa singularia imò infinita aliquand
sunt per Arist.1. *Rhet.c.2.* cogitq; tunc inductio a
versarium, donec contrarium aliquod singulare e
emplum dare possit.

39 *Quomodo compleatur inductio:* 3. Inductio expletur, si addatur assumptio. D
est igitur in omni inductione assumptio. Illa q
assumptio fieri debet, enunciando de toto æquiv
lentiam ad partes suas. Veluti hæc est inductio
*Meus ignis calefacit & tuus ignes calefacit, & idem e
in singulis aliis ignibus. E. omnis ignis calefacit.* Addatu
assumptio sic: *Atqui omnis ignis, est nihil aliud, quam
meus ignis & tuus ignis, & alii singuli ignes.* Et tu
fiet completus syllogismus. Sic rursus: Inductio es
*caput sanum est & cor sanum est, & epar sanum est,
demq; est in cæteris singulis partibus. E. totum animal sa
num est,* Assumptio fiat sic: *At totum animal est nih
aliud quam caput & cor & epar & alia singula parte.*
Et sic iterum syllogismus perfectus & complet
est.

TITULUS IV.

DE EXEMPLO.

40 *Quid sit Exemplum?* **Exemplum** nunc dicitur ratiocinatio imperfe
cta, in qua ex uno exemplo confirmatur aliud sin
gulare. Procedo θετικῶς.

41 *Cur sit imperfecta ratiocinatio?* 1. Exemplum dicitur ratiocinatio *imperfecta*
Deest enim in eo altera præmissarum, sicut & in in
ductione. Et proinde inductio absolvitur duabu
propositionibus: ut Thebanorum bellum contr
Phocenses, ut finitimos, malum est. Et etiam Athe
niensium contra Thebanos: quia & si istis finitim

sun

at. Exemplo hoc utitur Aristot. 2. *prior. cap.* 24.
3.

2. Atque ex his sequitur: Exemplum rectè con- 42
neri sub Enthymemate. Aristotelici quidem con-
a Enthymema distinguunt exemplum: Sed sicut
iperius dictum est de inductione, quomodo sit
nthymema: Ita nunc idem dicendum est de ex-
mplo.

Continetur sub Enthymemate.

3. Ducitur ratiocinatio ab *uno exemplo*. Id quod 43
igativè explicandum est. Sic, quod Ratiocinatio
æc non sit ab omnibus singularibus. In hoc enim
iffert inductio ab exemplo, quod inductio com-
ectitur omnia singularia. At exemplum non re-
uirit omnia per Aristot. 2 *prior. c.*24. §.5. & 1. *Rhet.*
2. Unde relinquitur adhuc exemplum esse, quan-
o per aliquot singularia concludimus.

4. Porrò exemplum, unde ducitur hæc ratioci- 44
atio nunc latè sumitur, ut cõplectatur & id quod
um ratione, & id quod præter rationem est, ut Ari-
toteles docet *in Rhet ad Alexand. c.* 9.

5. Vulgò dicitur & rectè: Exemplũ complecti & 45
eras historias & etiam apologos vel fabulas itẽ pa-
abolas. Sumitur ex Arist 2. *Rhet. c.* 10. Procedit, in-
uã à vera historia. ut: *Israelitæ puniti sunt, quod non
everenter tractarunt sua sacra. E. idem obveniet etiam
Corinthiis, minus religiosè tractantibus sua sacra.* A pa-
abola, ut: *in agro non crescit triticum sine zizaniis.
E. nec in Ecclesia sunt pii sine malis.* Vel (quo exemplo
utitur *Aristot. d. loco.*) *si quis diceret, non oportere ma-
gistratus sorte constituere. Simile enim esset, ac si quis
Athletas sortiatur non qui decertare possint, sed qui ob-
tigerint. Aut si qui navim gubernare debeat, sorte constituatur.* Ab Apologo. Veluti: Si quis probet regem
non exercentem jura majestatis vel principatus sui,
fieri contemptibilem, quia idem legatur contigisse
trunco, qui cum rex esset ranarum, primum quidem

Unde sumantur exempla?

à ranis

à ranis reverenter colebatur, sed posteà eum nu
quam vim exerceret in ranas, contemptibilis fi
bat & sic trunco insultabant & subsultabant.

46 *Cur ab exemplo argumentari liceat?* 6. Porrò ab uno exemplo ad aliud singula
argumentamur, non quia exemplum est, sed qu
simile est. Nam exemplum & exemplum præcis
habent se ut pars & pars, inter quæ ut sic nulla e
χέζις. Similitudo igitur facit, ut ab exemplo ad
liud argumentari possimus. Sic Aristot. 1. *Rhet. c.*
Exemplum, inquit, est non ut pars ad totum, n
que ut totum ad partem, neq; ut totum ad totun
sed ut pars ad partem, simile ad simile.

47 *Ejus argumentationis fundamentum.* 7. Fundamentum igitur ratiocinationis a
exemplo est quod *similium eadem est ratio.* Indequ
ratiocinatio hæc firma est, quando in exemplis e
similitudo. Ἀγιλογιςία autem est, quando in iis e
dissimilitudo. Itaque non sequitur: *Israelitæ edeban*
carnem domini non aliter quam in fide. E. nec nos alite
edimus. Nam dissimilis est ratio exemplorum e
V. T. Et aliorum ex N. Testamento, quoad istun
cibum. Et sic in aliis.

48 *Conditiones.* 8. Aristoteles duas conditiones in hac ratioci
natione requirit. I. ut exemplum à quo argumen
tamur sit notius, 2. *prior. c* 24 & 1. *Rhet. c. 2.* II. u
exemplũ, unde ratiocinamur, & aliud ad quod ra
tiocinamur sint sub eodem genere, per dictum lo
cum ex Rhetoricis. Identitatem autem illam sul
genere, explico de similitudine rationum, de qu
dictum *th. 7. hujus discursus,*

TITULUS V.

DE CRYPSIBUS REDUNDANTIÆ *in genere.*

49 *Unde dicti.* Crypsin redundantiæ dico, cùm aliquid redun
dat circa materiam syllogismi. Redundantia aut
dicitu

icitur ſecundum exceſſum ſive exuperationẽ me ii. Igitur quia ſyllogiſmo congrua materia, ſunt mpliciter tres termini, & aliter, tres propoſitio es: Iccircò ſic redundans fiet ſyllogiſmus, 1. ſi lures tribus termini ſint, 2. aut ſi aliquid peregri- im ad terminos accedat, veluti modus aut redu- licatio, termini, 3. aut ſi plures tribus propoſitio- es ſint. 4. Aut etiam ſi geminentur vel quovis odo purificentur ſyllogiſmi. Ex quibus apparet, ngulas ratiocinationes nunc tractandas, redun- antes eſſe, quia ſingulæ iſtæ aliquid horum ha- ent.

Quo modo redundantia in ſyllogiſmo.

50 Dicitur redundans ſyllogiſmus alias *Proſſyllo- ſmus* vel *proſyllogiſmus*, ut Ariſtoteli dicitur, 8. *To c. c.* 1. Ego indifferenter accipio voces iſtas. Alii iſtinguunt. Illis *proſyllogiſmus* eſt principalis ſyl- ogiſmi illuſtratio vel probatio, *Proſſyllogiſmus* au- em eſt proſyllogiſmi illuſtratio vel probatio.

Quomodo aliqui diſcernant inter Proſyllogiſmum & Proſſyllogiſmum.

Volui autem Methodi causâ nunc ampliare erminum ſyllogiſmi redundantis, ut complecte- er ſub hoc titulo etiam alias peculiares formas rgumentandi, quas Doctores tradunt, quia qua- cunque ratio communitatis earum in proſſyllo- iſmo invenitur. De his nunc dico ſpecialiter. Eſt- ue *abductio*, *ſyllogiſmus per tranſſumptionem*, *deductio d abſurdum*, *ſyllogiſmus ex obliquis*, *ſorites*, *Dilemma*, *& ſyllogiſmus modalis*.

Qui ſyllogiſmi in ſpecie ſint redundantes?

TITULUS VI.

1. DE ABDVCTIONE.

50 Tractat de hac Ariſtoteles, 2 *prior. c.* 25. Eſt au- em abductio ſyllogiſmus duplicatus ſic. Continet abductio aliquem principalem ſyllogiſmum, qui concludat ex aſſumptione adhuc dubia & obſcu- ra. Hinc igitur regredior, ab illata concluſione, ad iſtam aſſumptionem probandam. Atque tùm

Abductio quid ſit?

hæc

hæc ratiocinatio constans isto syllogismo prin-
pali & accedente hac assumptionis probatione, di-
citur *Abductio*. Addit ibi Aristoteles, quod assu-
ptio ista debeat concludi posse per pauca med-
Proclus *l.* 3. *comment. in* 1. *Elementorum* definit a-
ductionem, quod sit transgressio ab uno theo-
mate in aliud, quo cognito, quod propositum e-
perspicuum relinquitur.

TITULUS VII.

2. DE SYLLOGISMO PER TRANS-*sumptionem.*

52 Tractat de hoc Aristot. 1. *prior.c.*23. & 40. H-
bet autem syllogismus ille duplicem conclusion-
unam ex hypothesi, aliam quam directè infert. U-
de sic, syllogismus iste quomodo redundans sit, a-
paret. Hoc mox clarius erit.

53 Igitur transsumptio est talis syllogismus, in qu-
adversario cum alio convenit, si hanc conclusio-
nem probet, quòd etiam aliam admittere veli-
Veluti: convenit nobis cum Calvinianis, si demo-
stremus: corpus aliquod posse esse in *multis* loci-
quod tum admittere velint, corpus etiam posse ess-
in *omnibus* locis. Ergò istud demonstramus sic: S-
duo corpora possint esse in uno loco, tùm etiam u-
num corpus potest esse in duobus locis. Atqui du-
corpora in uno loco esse possunt. E. etiam unu-
corpus in duobus locis. Hic syllogismus principa-
liter demonstrat, *quòd unum corpus in duobus loc-*
(adeoque multis) *esse possit*, sed per hypothesin et-
iam demonstrat illam, *quod possit esse in omnibus lo-*
cis.

Quomodo sit redundans?

54 Tali syllogismo transsumptivo etiam utitur A-
ristot. 2 *de cœl. cap.* 11. Probat ibi, stellas esse rotun-
das, ex suppositione demonstrans Lunam esse ro-
tundam. Sic igitur argumentatur: Quod mani-
fest-

estè crescit & decrescit in orbem, id est rotundum. Atqui Luna crescit & decrescit in orbem. E. est rotunda. Hic principalis conclusio est: *Lunam esse rotundam.* At per hypothesin ostenditur; *Omnia astra esse rotunda.* Atque sic syllogismus transsumptivus dimittit principalem quæstionem, & ex pacto vel conventione cum adversario, probat aliam, ad cujus confirmationem obligavit se adversarius, quòd etiam principalem quæstionem pro conclusione habere velit. Aristoteles *d. l.* appellat hunc syllogismum etiam ἐξ ὑποθέσεως. Vide supra *cap. 10. in comm. §. 3.*

TITULUS VIII.

3. DE DEDUCTIONE AD ABsurdum.

Deductio ad absurdum discursus multiplicat. 55
Non incommodè igitur ad syllogismos redundantes revocatur. Agit de ea Aristot. 1. *prior. c. 29. &* 2. *prior. c. 11. 12.* Et alias. *Deductio ad absurdum cur referatur ad syllogismos redundantes.*

Porrò deductio ad absurdum sic fit: Statuo meam thesin tanquam veram sententiam. 2. Hujus contradictoria est thesis adversarii, quæ falsa est. Hanc igitur facio unam præmissarum in syllogismo meo. 56 3. Jungo eidem aliam præmissam veram. Atque ita 4. propter istius falsitatem falsa sequitur conclusio. Hinc igitur 5. dico: Conclusionem esse falsam: & probo 6. Inde alteram præmissarum esse falsam, cùm ex veris falsa conclusio non possit sequi. 7. Examino præmissas de veritate & falsitate earum. Atque sic dico unam esse veram. Idq; probo 8. Inde deduco oportere alteram esse falsam, quæ scilicet causa extiterit falsæ conclusionis. 9. Tum porrò dico: Illam esse contradictoriam meæ theseos. 10. Atque inde thesin meam veram esse, cùm contradictio dividat verum à falso. *Processus in deductione ad absurdum.*

Est

57 *Exemplum illius processus.*

Esto exemplum: 1. Ego statuo: *Infantes hab fidem.* 2. Hujus theseos meæ contradictoria defe ditur à meo adversario, qui dicit *infantes non hab fidem.* Igitur hanc (*infantes non habent fidem*) fac aliquam præmissam in futuro meo syllogismo Huic falsæ præmissæ jungo aliam veram hanc: *omnis, qui salvatur habet fidem.* His duabus præm fis conjunctis (sic *omnis qui salvatur habet fidem* i *fantes non habent fidem.*) sequitur falsa conclu (hæc. *Ergò infantes non possunt salvari*) Igitur t syllogismo formato, dico 4. Istam conclusione esse falsam. Et 5. probo, quia Christus dicit Mat 19. *Infantum esse regnum cœlorum.* 6. Quia igitur falsa est conclusio, sequitur etiam falsam esse a terutram præmissarum. Quia falsum ex veris seq non potest. 7. Igitur examinans præmissas, dic At propositio major non est falsa. Nam *Matth.* 2 dicitur: *Qui non crediderit condemnabitur.* 8. Ind sequitur: quòd assumptio (*infantes non habent f dem*) falsa sit. 9. At illa contradicit meæ thesi, (*infan tes habent fidem*) 10 Igitur infero: meam thesin ve ram esse, quia semper in contradictoriis una sit ve ra, altera falsa.

58 *Brevius.*

Similiter mea thesis est: Nivem esse alban Hanc probo, sententiam contrariam deducend ad absurdum. Sic: *Quod non est album id visum con gregat. At nix non est alba. E. visum congregat.* Hæ conclusio est absurda, quia pugnat contra sensun & experientiam. E. alterutra præmissarum. No propositio ut patet. E. assumptio. At ista est thesi adversarii contradicens meæ. E. mea thesis ver est.

59 *Fundamenta deductionis ad absurdum.*

Fundamenta deductionis ad absurdum du sunt: 1. Quod falsa conclusio, non potuit sequi e veris præmissis. 2. quod duæ contradictoriæ non possunt esse simul veræ & falsæ.

QUÆ

QUÆSTIO I.

Quomodo deductio ad absurdum dicatur syllogismus hypotheticus?

Ita fit ab Aristot. 1. *prior. c.* 23. Est autem quæstio 60
is soluta, per dicta *sup. c.* 10. *in comm. num.* 5. ubi
de.

QUÆSTIO II.

An deductio ad absurdum sit demonstratio à priori?

Ita fecit Fonseca 4. *Metaph. c.* 3. *q.* 1. *s.* 3. sed nisi ἐπι- 61
ῶς explicetur benè id non dicitur. Nam à priori
citur esse ratiocinatio, quæ est per causam. At de-
ctio ad absurdum fit per medium extrinsecum,
compossibilitatem scilicet contradicentium.
πρόχειρα esse potest, si dicatur: Deductionem ad
surdum demonstrare à priori, non veritatem
ntentiæ, sed repugnantiam & impossibilitatem,
ntrariæ. Vide Suaretz *disp.* 3. *Metaph. s.* 1. *n.* 1. At-
ie ita Conimbric. *cap* 1. *post. c.* 10. *q.* 1. art. 2. distin-
iunt. Aliquando nempe ita proponitur dedu-
io ad absurdum, ut efficiatur syllogismus hypo-
eticus, in quo de aliquo impossibili concluso,
rogrediamur à destructione consequentis, ad
estructionem antecedentis, in hunc modum: Si
omo non esset aptus ad capessendas disciplinas,
on esset particeps rationis. At est particeps ratio-
is. E. est aptus ad capessendas disciplinas. Atque
anc deductionem dicunt esse demonstrationem
priori. Cum autem destructio consequentis non
ontinet causam destructionis antecedentis, tum
deductio ad absurdum illius non est demõstratio
quia sive à priori. Veluti: Si homo esset rationis
particeps, non esset aptus ad capessendas discipli-
nas. Atqui est aptus. E. est particeps rationis.

TITULUS IX.

4. DE SYLLOGISMO EX OBLI-
quis.

61 Agit de hoc ſyllogiſmo Ariſtot. *1. prior. c. 37* caturque ſyllogiſmus ex obliquis, in quo ali terminus ponitur in caſu obliquo, Veluti, Ge vo, Dativo, Accuſativo, Ablativo.

62 Eſt autem hac in re 1. obſervandum: Non on

Non omnes ſyllogiſmi ex obliquis ſunt vitioſi.

ſyllogiſmos ex obliquis bonos eſſe, neque on eſſe malos. Bonus eſt hic:

> OMNE vitium *eſt* malum.
> *Quædam cupiditas eſt* vitii.
> E. *Quædam cupiditas eſt* mali.

Malus eſt hic:

> Viri boni *eſt ſapienter agere.*
> *Hic* capillus *eſt* viri boni.
> E. *Hujus capilli eſt ſapienter agere.*

63 Ex quo 2. ſequitur: Tales ſyllogiſmos, qui e bliquis ſunt, non illico tanquã ſophiſmata, rejici dos eſſe, hoc ipſo, quia ex obliquis ſunt. Nam al quin omnes mali eſſent. At ſecus eſſe, viſum eſt mox magis apparebit.

64 Eſt igitur 3. Notandum: Bonos ſyllogiſmos

In omnibus figuris ſunt boni ſyllogiſmi ex obliquis.

obliquis poſſe eſſe in omnibus figuris, ut dixit A ſtot. *prius citato loco.* In prima figura. ut: *Omnis pientia eſt ſcientia. Boni eſt ſapientia. E Boni eſt ſcient* In ſecunda figura. ut: *Cujusvis qualitatis eſt ſcient Mali non eſt ſcientia. E. malũ non eſt qualitas.* In ter figura, *ut in Deo non eſt conſilium. At in Deo eſt lib tas. E. libertas non eſt conſilium.*

Nunc igitur porrò conſiderandum eſt:

Quinam ſyllogiſmi ex obliquis boni ſint, qui non?

Inpr

n primis hic tenendum est, quòd Aristot. monet 65 *Quando boni sint?*
ior. c. 37. t. 23. Oportere terminos obliquos resol-
n rectos. Tùm igitur, si per hanc resolutionem
uatur conclusio intenta, bonus erit syllogismus
obliquis. Ubi addendum est: Licere non nihil
quando inflectere obliquos terminos, ut recti fi-
, ut saltem fiat æquipollens propositio, proposi-
ni obliquæ. Veluti in syllogismo priori pro ista
mptione (*quadā cupiditas est vitii*) sumatur hæc:
ddam concupiscibile est vitium. Tùm sequitur re-
conclusio. E. *quoddam concupiscibile est malum*.

Et proinde, cùm termini obliqui resoluti in re- 66 *Quando sint mali?*
s, non gignunt conclusionem veram, signum
syllogismum ex obliquis non fuisse bonum. I-
 aque est, cùm obliquæ præmissæ non possunt
olvi in propositiones veras, Veluti superior syllo-
mus malus esse deprehenditur hac via: Neque
m est propositio, quæ sub casu recto sit æquipol.
s isti, unde proposita conclusio elici possit.

De regulis horum syllogismorum.

Alii Logici præterea regulas quasdam tradunt. 67 *Regulæ syllogismorum obliquorū.*
telmannus tamen *l. 4. Dial. c. 29.* Existimat, ad re-
concludendum potius hic consulendam esse
n intellectus, & acumen rationis magis atten-
dum, quam regularum traditionē. Nihilominus
s re non spero esse, si ex paucis repetantur, quæ
mmuniter à Logicis Aristotelicis tradi solent.

Reg. I. *In syllogismis affirmatis si altera tantū præmis-* 68
ū sit ex obliquo, sequitur conclusio ex obliquo: si tamē
io observentur. 1. *Extremum* quod obliquum fuit
ista præmissa sit etiam obliquum in conclusione.
Cùm *medius terminus* est obliquus in una præ-
issa, alterius præmissæ extremum fiat obliquum
conclusione.

69 Ad hanc regulam conformentur hæc exe[mpla]
Secundum priorem conditionem. ut:

Omnis potestas est à Deo.
Regnum est potestas.
E. Regnum est à Deo.

Hic (non medium, sed) extremum poni[tur o]bliquè, nempe terminus, *A Deo*. Et sic hic term[inus] etiam, oblique repetitur in conclusione nemp[e per] eundem ablativum, ut patet.

Secundùm posteriorem conditionem. ut:

Omnis homo est animal.
At omnis ratio est hominis.
E. Omnis ratio est animalis.

Hic medius terminus (*homo*) habet obliq[ui]tem in præmissis nempe in assumptione. Quo[mo]do igitur inferre debeo. Non debet inferri; *O[mnis] rationis est animal*; vel, *omnis ratio est animal*. Sed *Omnis ratio est animalis*. Nam quia medius te[rmi]nus (*homo*) fuit obliquatus in assumptione, ic[eo] in conclusione obliquandum est non extremu[m as]sumptionis sed propositionis, quòd est *animal*.

70 II. Regula. *In syllogismis negatis cum nega[ta] præmissa est obliqua, sequitur conclusio obliqua.* ut:

Nullius creaturæ est æternitas.
At homo est creatura.
E. hominis non est æternitas.

Subintelligi tamen hic etiam oportet pri[ores] duas cautelas.

At cùm in syllogismis negatis affirmata præ[mis]sa est obliqua, nihil sequitur. ut:

Deus non est finitus.
Homo est à Deo.
E. Homo non est finitus.

III. R[egula]

III. Regula. *In syllogismis affirmatis cum utra-* 71
præmissa habet obliquum medium, aut obliquum
emum, nulla prorsus sequitur conclusio. Veluti: ex
iquo medio, in præmissa utraque paralogismus
ste.

Viri boni est sapienter agere.
Digitus est viri boni.
E. digiti vel digitus est sapienter agere.

Item:

Cuique homini inest sensus.
Cuique homini inest spiritus.
E. spiritus est sensus.

V. *In syllogismis negativis, cùm utraque est ex me-* 72
obliquo, vel utraque ex obliquo extremo, fit conclusio
a, ut:

Liberalitatis est servare modum in dando.
Cujusdã virtutis non est servare modũ in dando.
E. Quædam virtus non est liberalitas.

Profiteor tamen pro coronide: Compendio-
s judicium de syllogismis obliquatis fieri, per re-
cationem ad syllogismos rectos, ut Aristoteles
pra dixit, ut quæ obliqua occurrit propositio,
tanda sit loco probationis poni. Atque tum et-
n apparet hos syllogismos rectè ad redundantes
ferri.

TITULUS X.

§. DE SORITE.

Sorites dicitur à Græco σωρὸς acervus: Unde 73
icero *l. 2. de divinat.* ait: cum syllogismum *Acer*
alem dici posse, si necesse sit, Latino verbo appel-
are. *Sed*, addit, *nihil opus est. Ut enim ipsa Philosophia*
& multa verba Græcorum, sic Sorites satis Latino ser-
mone tritus est.

Sorites unde dicatur?

74 2. Atque sic ex ipsa appellatione soritæ
ret: Eum rectè referri inter syllogismos redun
tes. Appellatur enim sic, quia coacervat plure
positiones, quam aliâs secundum ordinarium
dum argumentandi par sit.

Recte refertur ad syllogismos redundantes.

Canones Soritæ.

75 3. Materia Soritæ sunt propositiones sicut
mnis syllogismi. Illæ tamen propositiones in s
certas leges habent.

Quales debeant esse præmissæ in sorite.

Debentq; adeo 1. præmissæ illius semper esse
bus plures. Nam si duæ solum sint, tunc non so
sed syllogismus inversus est. Veluti: *Homo est an*
Animal est substantia. E. homo est substantia. Tran
ne præmissas, & erit syllogismus statim direct
absolutus. Alias quoad multitudinem præm
rum nulla lex est. Potestque adeò sorites ha
6. 7. 10. 20. præmissas & ampliùs: ubi tamen da
opera est, ne, majoris perspicuitatis causâ, n
multiplicentur præmissæ.

76 4. *Deinde*: Præmissæ in sorite debent esse s
ordinatæ: inprimisque intelligitur hic subord
tio esse generum & specierum. Nihilominus f
etiam soritæ in subordinatis finibus, effectis, c
ditionibusque aliis.

77 5. *Tertiò*: Præmissæ in sorite debent esse a
matæ. Ita apparet à posteriori, quia si secus fit c
tingunt sophismata. Veluti: *Homo est animal. A*
mal non est lapis. Lapis est inanimatus. E. Homo est i
nimatus. Vel: si putetur, debere inferri conclus
nem negativam, similiter falso colligetur. ut: *H*
mo est animal. Animal non est lapis. Lapis est substan
E. homo non est substantia.

Excipitur tamen hic sorites, qui solùm ultim
præmissam habet negatam. ut: *Homo est animal. A*
nimal est corpus. Corpus est substantia. Substantia n

ccidens. E. homo nō est accidens. Pertinetq; huc syl-
ismus Rom. 8. *Afflictio parit patientiam. Patientia*
perientiam. Experientia spem. Spes non confundit. E.
lictio non confudit.

6. *Quartò*: Præmissæ in sorite debent esse per 78
non per accidens. Iterum ejus veritas apparet à
steriori, quia si per accidens sint, mala est conse-
entia. Veluti: *Ex ebrietate oriuntur mali mores.*
malis moribus bona leges. Ex bonis legibus salus Rei-
blica. Ergo ex ebrietate oritur salus Reipublicæ. Vitio-
est Sorites, quia ista propositio (*ex malis moribus*
t bona leges) est per accidens.

7. *Quintò*: Soritæ præmissæ debent esse universa- 79
es non particulares. Ita apparet etiam, à poste-
ri, quia si secus sit, ἀσυλλογιστία est. Veluti: *Omnis*
mo est animal. Omne animal est animatum. Quod-
m animatum caret sensu. Ergo quidam homo caret
su.

8. Forma syllogismi hujus est hæc: Positâ pri- 80
â præmissâ sumo prædicatum illius præmissæ. **Forma in**
huic prædicato annecto aliud, isti subordinatum, *processu*
sic facio secundam præmissam. Iterum hujus se- *soritico.*
undæ præmissæ prædicato, annecto aliud isti sub-
rdinatum, & sic facio tertiam præmissam. Et sic
einceps pergo in cæteris præmissis, si quæ præter-
a annectuntur. Tandem conclusionem facio ex
ubjecto primæ præmissæ & prædicato præmissæ
ultimæ. Et sic soritem integrum absolvo.

9. Consecutionis autem soriticæ fundamentum 81
desumitur partim ex illo Aristotelico *l. categ. c. 3. &* *Ratio con-*
2. post. 23. Quicquid de essentiali prædicatione dicitur *secutionis.*
de prædicato, id etiam dicitur de subjecto; partim
etiam ex necessaria cohærentia causarum proxima-
rum & remotarum, item causarum & effectorum
per se.

10. Porrò ad manifestationem crypseos soriticæ, 82

De manifestatione Crypseos soritica.

hoc est, soritæ reductionem ad syllogismos ma[-] festos, intelligendam, assumatur exemplum:

Omnis homo est animal.
Omne animal est corpus.
Omne corpus est substantia.
E. *Omnis homo est substantia.*

Igitur ista fit, incipiendo ab ejus conclusio[ne]. Ad illam autem inferendam, accipio proximè an[te]cedentem præmissam. Hanc igitur facio propo[si]tionem majorem. Jam assumptio facile fiet. F[iet] scilicet ex subjecto conclusionis soriticæ, de eo t[er]mino acceptæ propositionis, qui conclusione[m] non ingreditur. Hic enim erit medius terminu[s]. Sic igitur in priori exemplo est hic syllogismus. *O[m]nne corpus est substantia. Omnis homo est corpus. E. O[m]nis homo est substantia.*

De hinc illa assumptio, quæ ante in sorite ab[est] non fuit, sed ex diversis terminis illius collecta e[st] probanda est. Igitur tum fieri debet conclusi[o] proindeque ad illam probandam progredior sic[ut] ad principalem conclusionem. Nempe accipio pr[æ]missam eam quæ proximè antegreditur eam, qua[m] ante accepi, & istam tunc facio propositionē. H[a]beo igitur propositionem majorem hanc: *Omne a[-] nimal est corpus.* Et conclusionem probandam han[c] *E. omnis homo est corpus.* Ex his facile intelligitu[r] quænam pars desit. Nempe quia conclusionis m[i]nus extremum, deest adhuc in antecedente, Erg[o] deest assumptio. Ille igitur terminus, si jungatu[r] termino medio (*animal*) fiet talis assumptio *Omni[s] homo est animal.* Et sic deinceps.

83 *Quomodo in sorite sit progressio Enthymematica.*

Ex his apparet rectè dici, quòd in sorite sit pro[-] gressio Enthymematica. Suntque in omni sor[i]te Enthymemata, quot præmissæ. Et proinde et[si] ob inclusum Enthymema sit defectus in sorite: Ni[-] hilomi

lominus quia plura Enthymemata concurrunt, on immeritò etiam refertur ad syllogismos redū-ntes. Sed quæritur:

An Sorites sit bonus syllogismus?

Negativa sententia est Fortunati Crellii, qui 84
rt.comm.l.3.c.23 Sic ait: Indignus sanè sorites est, *Opinio*
i locus inter cæteras argumentationes assigne *negans.*
r, cùm non propter formam, sed propter mate-
m vim inferendi aliquando habeat. Et probat
òd exempla sophistica sunt in sorite. Veluti: *Ho-*
non est asinus. Asinus non est lapis Lapis non est ani-
l E. homo non est animal. Item: *Socrates est homo.*
mo est animal. Animal est corpus. Corpus est quanti-
. E. Socrates est quantitas.

Nihilominus hæc sententia admittenda non est. 85
am 1. Bonus sorites, fatente Crellio, converti & *Rejicitur*
duci potest ad aliquam figurarum. Reductio au- *sententia*
m supponit formalem consequentiam in syllogi- *illa Crellii.*
o reducibili, ut etiam Zabarella docet *de quarta*
.c. 7. Unde qui modus argumentandi per se sophi-
icus est, nunquam per reductionem, ut sic dicam,
gitimari potest. Deinde fundamentum soritæ est
rmum & stabile quod ante relatum est. Quomo-
o igitur sorites ipse non esset firmus?

Ad allatam objectionem *Respondeo*: afferri in ea 86
xempla soritæ sophistica. Nam prius peccat contra *Solvuntur*
eneralem argumentandi regulam, quod ex puris *objectiones.*
egativis nihil sequatur. Posterius similiter peccat
ontra generalem argumentandi regulam, quod
cilicet à bono syllogismo abesse debeat ambiguitas
erminorum. Aliter autem sumitur vox *corporis* cum
licitur: *Animal est corpus.* Et aliter cùm dicitur, *quā-*
itas est corpus, ut patet. Dimissis autem regulis argu-
mentandi, nihil absurdi est, si falsa sequatur conclu-
sio, cùm id sit in argumentationibus aliis omnibus,
ut benè observat Clarissimus Arnisæus *in comm. ad*
Crell. hoc. c. p. 509. 510.

TITULUS XI.

6. DE DILEMMATE.

Dilemma unde dicatur?

87 Dilemma dicitur q. δὶς λελημμένον, *bis sumptu*
quia scilicet hic modus argumentandi, ex utraq
parte propositionis, facit singularem argument
tionem, ut postea apparebit. Suidas ait: Δίλημμ
ἐστὶ τὸ διστῶς λαμβανόμενον φρόνημα. Cicero *in Rh*
Dilemma vocat *complexionem*. Gellius *l. 5. c. 10.* voc
syllogismum *Cornutum*, *Crocodilinum* alii. Scribu
autem Zoographi crocodilum solere lachrymar
atque his lachrymis insidiari vitæ hominis, qui
quid tandem is agat. Nam si commiserationem
veatur ad appropinquanũd crocodilo, tũ fit præ
crocodili: Sin verò audito crocodilo fugiat ab e
tum persequitur eum, & sic adhuc illius præda f
Eadem etiam ratio est dilemmatis. Nam sive ha
partem propositionis quis eligat, sive aliam, semp
adversarius capitur: Ut posteà exempla oste
dent.

De materia dilemmatis.

88 Materia dilemmati accommodata est propo
tio disjuncta, partibus contrariis constans. Ex qu
sequitur: quod quibus legibus adstricta est disju
cta propositio, iisdem legibus adstringatur etia
dilemma. Istæ igitur ex doctrina axiomatis disju
cti petantur.

Forma dilemmatis.

89 Forma dilemmatis est hæc, ut ex propositio
assumatur disjunctim utrumque extremum, & i
de concludatur contra adversarium. Tale dilem
ma est hoc contra Judæos: *Baptismus Iohannis a
est à Deo aut ab hominibus. Si à Deo. Judæi deberent
lum recipere. Si ab hominibus, Iudæi non debebant m
gnifacere Iohannem Baptistam, tanquam novas cer
ceremonias introducentem.* Sic Seneca *l 3 de ira* arg
mentatur contra vindictæ cupidos. *Aut à poten
læsus es, aut ab imbecilliori. Si à potenti, Parce tibi ip*

sub vindicta cupiditate attrahas tibi maius malum.
ab imbecilliori, parce illi.

Inefficax fit dilemma. 1. si propositio non sit ex immediatis & contrariis. 2. si non rectè subsumatur & probetur, utraque pars, sic ut utraque vel alterutra pars admitti possit ab adversario. Et 3. si dilemma retorqueri possit in proponentem. 90 *Dilemma quando fiat inefficax.*

Exemplum primi est, in his verbis Biantis interrogati, an ducenda sit uxor. ἤτοι καλὴν ἕξεις, ἢ αἰσχρὰν. εἰ καλὴν, ἕξεις κοινήν. εἰ δὲ αἰσχρὰν ἕξεις ποινήν. ἑκάτερον δ' οὐκ ἀγαθὸν. οὐ ληπτέον ἄρα. Hoc est: *Aut pulchram habebis aut deformem. Si pulchram, habebis communem. Si deformem, habebis pœnam (vel afflictionem.) utrumque autem non est bonum. E. non est accipienda.* Hoc dilemma est inefficax, quia inter formosam & deformem, medium est, nempe fœmina formæ statæ, quæ nec sit nimis formosa, nec minus deformis.

Exemplum secundi, est in illo dilemmate Pharisæorum, *Matth.* 22. & *Luc.* 20. Aut Deo dandus est census aut Cæsari. Si Deo, jam detrahitur Cæsari. Et proinde sic es reus læsæ majestatis. Si Cæsari jam abducis nos à nostris privilegiis. Respondet Christus. Et *Deo dandum quod Dei est, & Cæsari quod Cæsaris est.* 91

Exemplum tertii elegans est apud Gellium *l.* 5. *Noct. c.* 10 & 11. Protagoræ discipulus fuit Evathlus, atque hic præceptori promisit mercedem, quam primum apud judices causam ageret & vinceret. Evathlus autem diu distulit causarum actiones, atq; ita nec voluit mercedem dare, nec causas agere. Protagoras igitur discipulum accusat hoc dilemmate: *Disce*, inquit, *stultissime adolescens, utroque id modo fore, ut reddas quod peto. Sive contra te sive pro te fuerit pronunciatum. Nam si contra te lis data erit, merces mihi ex sententia* (judicis) *debebitur, quia ego* 92 *Elegans exemplum dilemmatis.*

vicero. Sin verò secundum te judicatum fuerit, merc[es] mihi ex nostro pacto debebitur, quia tu viceris.

Hoc Enthymema retorquet Evathlus. *Di[sce] tu quoque*, inquit, *sapientissime Magister utroque mo[do] fieri, ut non reddam quod petis. Sive contra me pronun[]ciatum fuerit, sive pro me. Nam si judices pro causa m[ea] senserint, nihil tibi ex sententia* (judicis) *debebitur, qu[ia] ego vicero. Sin contra me pronunciaverint, nihil tibi e[x] pacto nostro debeo, quia ego non vicero.* De uno qua[e]ro:

An dilemmatis doctrina rectè referatur ad syllogismos redundantes?

93 Hâc in re variant sententiæ. Clarissimus Mat[t]hias Flacius *l. 6. Log. gener. c.* 19. retulit dilemma a[d] syllogismos Hypotheticos. Alii autem referunt illud ad syllogismos connexos, ut refert Goclenius *part. 3. controv. Log. c. ult. q.* 8. Alii referunt ad syllogismum disjunctum, ut fecit Keckerm. *syst. Log. l. 3 s. 1 c. ult.*

94 *Non potest Dilemma ad solum syllogismum disjunctum referri.*

Hâc in re dico primò: *Non potest dilemma referr[i] ad solum syllogismum disjunctum*, ut Keckermannu[s] fecit. Nam dilemma aliquando oritur ex propositione hypothetica, ut: si ducenda est uxor, ducenda est vel quæ formosa sit, vel quæ sit deformis. Hic principalis copula est si, ut satis apparet. Ex quo fic apparet. Dilemma non majori jure referri ad syllogismum disjunctum ac ad connexum.

95 *Nec ad solũ connexum.*

2. *Non potest dilemma referri ad solum connexum.* Nam aliqua dilemmata proficiscuntur ex purè disjuncta propositione. ut: Aut electi possunt implere legem aut improbi. At non improbi. Ut patet. Nec electi, quia hi habent adhærentes sordes. Ergo Nulli. Hoc tamen ex dictis relinquitur, quod dilemma aliquando ad disjunctum, aliquando ad syllogismum connexum pertineat, Atque adeò summatim

atim, Flacium rectè vocasse illud, syllogismum
ypotheticum.

3. Dilemma rectè refertur ad syllogismos redundan- 96
s. Ita apparet, quia syllogismus connexus & dis- *Pertinet ad*
nctus contenti sunt, si alterutra pars propositio- *syllogismos*
sassumatur. At dilemma assumit partem utram- *redundantes.*
ue. Atque hæc duplicatio discursus dilemmatici
citredundantiam. Potestque sic non incommo-
dilemma dici syllogismus redundans.

TITULUS XII.

DE SYLLOGISMIS MODA-*libus.*

Syllogismi modales appellantur, qui habent ali- 97
iam propositionem moda[illegible]. Modalis autem *Quid modalis syllogismus.*
opositio vocatur, quæ habet aliquam horum mo-
orũ, *Necesse, contingens, possibile, & impossibile.* Tra
atque de his Aristoteles prolixe 1. *prior. cap. 8. seqq.*
qq. *ad* 22. Compendiosè autem ea sunt proposita à
onlorio 1. *prior. ad c.* 21. Unde hæc excerpimus.

Epitome eorum quæ Aristoteles habet de syllogismis modalibus.

1. Ex utrisque necessariis fit ratiocinatio eodem 98
odo, atque ex utrisque de inesse dicentibus, ut:
Omne animal necessariò est substantia. Omnis
omo necessariò est animal. E. Omnis homo est
necessariò substantia.

Observa. Et hic & ad seqq. quod propositionem
necessariam, contingentem, &c. vocet Aristoteles eam,
quæ habet expressè positum vocabulum, *Necessariò*
vel *necesse, contingens,* &c. per propositionem autem
de inesse Aristoteles intelligit propositionem pu-
ram, quæ non habet additum modum.

De

De mistione ex necessario pronunciato, & inesse dicente in prima figura.

99 In prima figura, si propositio sit necessaria, & assumptio inesse declarans, sequitur conclusio necessaria. Ut omne animal necessario est substantia: Omnis homo est animal. Igitur omnis homo necessario est substantia, idque fit in omnibus modis. Si autem propositio inesse dicat, & assumptio sit necessaria, sequitur quidem conclusio inesse dicens, non tamen necessaria: quia daretur antecedens verum, & consequens falsum. Ut omne animal currit: omnis homo necessario est animal, ergo omnis homo necessario currit, non sequitur: sed tantum: Omnis homo currit.

Secunda figura.

100 In secunda figura, in tribus modis prioribus, si pronunciatum negans fuerit necessarium, & affirmans inesse declarans, sequitur conclusio necessaria, quia facta revocatione ad primam figuram, erit propositio necessaria, & assumptio inesse declarans: Si a. affirmans sit necessarium, & negans non inesse dicens, non sequitur conclusio necessaria sed tantum non inesse dicens: quia facta revocatione ad primam figuram, propositio inesse dicit, & assumptio est necessaria, ex quibus, ut diximus, non sequitur conclusio necessaria. In quarto vero modo, sive propositio, sive assumptio sit necessaria, nunquam sequitur conclusio necessaria.

Tertia figura.

101 In tertia figura atque in primo modo, qui dicitur Darapti, sive propositio sit necessaria, & assumptio inesse declarans: sive contra, sequitur conclusio necessaria. Tamen cum assumptio est necessaria debet revocari ad primam figuram, reciprocata propositi-

ſitione, & concluſione, & tranſmutatis ſumptio-
ous. In ſecundo modo Felapton, ſi ſumptio ne-
ns eſt neceſſaria, & affirmans ineſſe dicens, ſequi-
r concluſio neceſſaria, aliter non ſequitur. In par-
ularibus affirmantibus Diſamis & Datiſi, ſi ſum-
o univerſa eſt neceſſaria, & particularis ineſſe
clarans, ſequitur concluſio neceſſaria. In ſexto
odo, qui dicitur Feriſon, ſi ſumptio negans eſt
ceſſaria, & affirmans ineſſe declarans, ſequitur
ncluſio neceſſaria. In quinto modo, qui dicitur
cardo, nunquam poteſt colligi neceſſaria con-
uſio. Denique hoc eſt commune præceptum in
cunda & tertia figura, tum ex una ſumptione ne-
ſſaria, & altera ineſſe dicente, ſequi concluſionem
ceſſariam, cum facta revocatione ad primam fi-
ram, propoſitio eſt neceſſa[illegible] aſſumptio ineſſe
cens.

De propoſitione modali ex contingenti, indeq; facto ſyllogiſmo modali.

Contingens dicitur, quod non eſt neceſſarium, 102
c re vera eſt, ſed poteſt eſſe, & non eſſe: atque hoc
t proprium contingens; quod duplex eſt, alterum
plurimum, vel natum, quod plerunque fieri ſo-
t, & habet à natura certam & definitam cauſam;
t hominem caneſcere in ſenectute: alterum incer-
m, quod non habet certam aliquam & definitam
uſam. Atque hoc rurſum eſt duplex: Unum, quod
què cadit in utramque partem, ut hominem am-
ulare: alterum rarum, ut fodientem reperire the-
urum. De primo contingente habetur ſcientia &
emonſtratio: de contingente incerto, non habe-
ur. Eſt aliud contingens commune, quod tam di-
itur de neceſſario, quam de non neceſſario, quod
quidem non eſt proprium contingens. In explican-
da miſtione contingentis, & aliorũ pronunciato-
rum

rum recedam memoriæ gratia ab ordine Ariſtot lis, nam unum genus miſtionis explicabo ſimul omnibus figuris.

De miſtione ex utriſq; contingentibus in prima figura.

103 Ex utriſque contingentibus in prima figura perfecta ratiocinatio, ubi ſequitur concluſio vel contingens. Ut contingit omnē vigilantē moveri, contingit omnem hominem vigilantem eſſe, ergo contingit omnem hominem moveri. Quod intelligitur, ſi diſponantur ſumptiones, ut debent: ſcil. ut propoſitio perpetuo ſit univerſa, & aſſumptio affirmans. Quod ſi aſſumptio fuerit negans, inutilis erit ratiocinatio: poteſt tamen fieri utilis, ſi mutetur negans in affirmantem juxta naturam contingentis.

Secunda figura.

104 In ſecunda figura ex utriſque contingentibus nulla ſequitur concluſio duabus de cauſis. Prima eſt, quia non poteſt revocari ratiocinatio ad primam figuram reciprocato pronunciato univerſo negāte, quoniam in vero contingente negans univerſum non reciprocatur. Secunda cauſa eſt, quia datur antecedens verum, & conſequens falſum. Ut contingit nullum hominem ambulare, contingit omnem equum ambulare, ergo contingit nullum equum eſſe hominem, falſum eſt conſequens, quia neceſſe eſt, nullum equum eſſe hominem.

Tertia figura.

105 In tertia figura ex duabus ſumptionibus contingentibus in omnibus modis ſequitur cōcluſio vere contingens; ſi ſumptiones diſponantur, ut in iis quæ ineſſe dicunt. Ut contingit omnem hominem ambulare, contingit omnem hominem eſſe albū ergo contingit aliquod album ambulare.

De mistione ex una sumtione contingente, & altera inesse dicente in prima figura.

In prima figura, si propositio fuerit contingens, 108.
: assumtio inesse declarans, sequitur conclusio
ere contingens, & fit perfecta ratiocinatio, quia
robatur illis principiis, de omni, & nullo dici. Ut
ontingit omne animal currere, omnis homo est
nimal, ergo contingit omnem hominem currere;
autem propositio sit inesse declarans, & assum-
o contingens, sequitur etiam conclusio contin-
ens: tamen illud non est proprium contingēs, sed
ommune, & ratiocinatio est imperfecta: quia non
otest probari illis principiis, de omni, & nullo
ci: Sed ratione ducente ad incommodum, si su-
atur contradicens conclusi[illegible] loco propositio-
is, & assumtio contingens fiat inesse declarans,
nde sequitur contradicens propositionis in ter-
a figura. Ut quidquid movetur est substantia, cō-
ngit omnem hominem moveri, ergo contingit
mnem hominem esse substantiam. Si enim non
quitur, contradicens erit verum, non contingit
mnem hominem esse substantiam, quod æqui-
ollet huic, necesse est, aliquem hominem non es-
e substantiam: Sit igitur hæc propositio, & suma-
ur assumtio inesse dicens, omnis homo movetur;
equitur, aliquid quod movetur non est substātia;
ed hoc contradicit illi propositioni veræ, quid-
uid movetur est substantia, ergo prima ratiocina-
io erat necessaria.

Secunda figura.

In secunda figura, si sumtio negans universa 109.
fuerit contingens, & affirmans inesse dicens, non
efficitur ratiocinatio, propter causam explicatam,
quia negans universa contingens non potest reci-

procari, ut revocetur ad primam figuram: tame affirmans fuerit cõtingens, & negans non inesse cens: sequetur conclusio contingens. Ut nullũ s est ægrum, contingit omnem hominem esse æg ergo contingit nullum hominem esse sanum. Ve tamen hoc contingens non est proprium, sed co mune: Potest n. sequi contingens necessarium. nullus homo ambulat, cõtingit omnẽ equũ am lare, ergo contingit nullum equum esse homine

208 *Tertia figura.*

In tertia figura ex una sumtione inesse declar te, & altera contingenti, semper sequitur conclu contingens; tamen si est contingens ea, quæ futura propositio in prima figura facta revocat ne, sequitur conclusio vere contingens. Ut co tingit omnem hominem moveri, omnis homo animal, ergo contingit aliquod animal moveri autem est contingens, quæ est futura assumtio, quitur contingens commune.

209 *De mistione ex una sumtione necessaria, & altera contingente in prima figura.*

In prima figura hæc mistio explicatur quatu præceptis, quorum duo pertinent ad modos affi mantes.

Primum est, si propositio fuerit contingens, & a sumtio necessaria, sequitur conclusio vere conti gens, & fit perfecta ratiocinatio. Ut contingit om ne animal dormire, necesse est omnem homine esse animal, ergo cõtingit omnem hominem do mire. *Secundum* præceptum si propositio est nece saria; & assumtio contingens, sequitur etiam con clusio contingens: tamen illud cõtingens est com mune, & ratiocinatio est imperfecta, quia non po test probari illo principio, de omni dici, sed ratione ducente ad incommodum,

Alia duo pręcepta pertinent ad modos negantes. -imum est, in negantibus si propositio, quæ est ne-ns, fuerit contingens, & assumtio necessaria, se-itur conclusio vere contingens. Ut contingit llum animal dormire, necesse est omnem homi-m esse animal, ergo contingit nullum hominem rmire. *Secundum* præceptum, si propositio fuerit cessaria, & assumtio contingens, sequitur duplex nclusio, una, quæ non inesse dicit, altera contin-as; tamen illud contingens est commune.

Secunda figura.

In secunda figura in tribus modis prioribus, si ntio negans fuerit necessaria, & affirmans con- II
gens, sequitur duplex conclusio non inesse de-rans, & contingens: & illud contingens est com-une. Ut necesse est nullum cygnum esse nigrum, ntingit omnem equum esse nigrum, ergo nullus uus est cygnus, & contingit nullum equum esse gnum. Si autem negans fuerit contingens, & af-mans necessaria, non potest fieri ratiocinatio. imum, quoniam universa negans contingens nõ test reciprocari, ut fiat revocatio ad primam fi-ram: deinde quoniam in vero contingente dare-r antecedens verum, & consequens falsum. Ut ntingit nullum equum esse album, necesse est o-nem cygnum esse album: ergo contingit nullum gnum esse equum, falsum est consequens, quia cessarium est nullum cygnum esse equum. In arto modo nunquam efficitur ratiocinatio.

Tertia figura.

In tertia figura in modis affirmantibus, ex altera III
mtione contingente, & altera necessaria semper quitur conclusio contingens. Ut contingit om-em hominem esse album, necesse est omnem ho-

minem esse animal, ergo contingit aliquod anir esse album. In modis autem negantibus, si neg fuerit contingens, & affirmans necessaria, sequi etiam conclusio contingens. Ut contingit null hominem ambulare, necesse est omnem homin esse animal, ergo contingit aliquod animal n ambulare. Si verò negans fuerit necessaria, & af mans contingens sequitur duplex conclusio, n inesse dicens & contingens.

Atq; hæc hactenus sunt, quæ juxta Aristotelis prol & intricatam hac de re doctrinam, ex compendios Monlorii tractatu repetere placuit.

An necessaria sit doctrina Syllogismorum modalium?

III. Ex his autem apparet, etiam necessitas doctr hujus de Syllogismis modalibus. Apparet n. nec sariò sæpè relinqui dubium animum ut nesciat purè an modaliter, an per contingens an per nec se concludere debeat, nisi sciat regulas modali consequentiarum. Confer disputationem Dom Arnisæi contra Ramæos, *in comment. ad Crellium 3. part. com. capite* 10. *p.* 389 *seqq.* Iis quæ Ramus c tra modales syllogismos disputat *l.* 7. *schol. Dial.* *seqq.* hic immorari nolo. Videat ea qui volet, ap Arnis. *dicto loco.*

Cæterùm ut tantò compendiosiùs agatur in syllogismis existimarem optimè fieri si modus traheretur istis syllogismis, formarenturque propositiones puras. Tunc enim facile apparere sintne bonæ consequentiæ an non. Aliâs enim eis manifestum est, multitudine regularum judi facile obtundi.

TITVLVS XIII.

DE SYLLOGISMIS INVERSIS.

I. Hactenus fuit Cryssis syllogismorum, in eoru

defe

fectu & redundantia, sequitur ea quæ est ex par-
m inversione. Vocantur aliâs etiam illi syllogi-
i *trajecti* & *transpositi*. Patetque ex ipso vocabulo
id sit hic syllogismus. Nempe est is, qui habet
rtium trajectionem vel transpositionem. Igitur
rdinarius situs partium syllogismi est hic: Primo
nitur propositio: secũdo assumptio: tertio con-
lsio. Quando igitur iste situs immutatur, voca-
t syllogismus *inversus*. Veluti: Omnes homines
nt mendaces. E. & papa. Nam papa etest homo.
hoc syllogismo 1. ponitur propositio, secundo
nclusio 3. Assumptio. Estque ordinatè talis *Om-*
homo est mendax. Papa est homo. E. Papa est men-
c. Sic. Sancti non sunt invocandi. Nam illi ne-
unt nos. Atqui invocatur, ille debet cognitam ha-
re miseriam vel conditionem invocantis. Hic
logismus habet conclusionem. 2. Assumptionẽ
ropositionem. Atque hic ordinate talis est. *Om-*
qui invocatur debet cognitam habere &c. At sancti
n habent cognitam &c. sed nesciunt nos. E. sancti non
nt invocandi.

Est autem hic observãdum: hanc Crypsin inver- 115. *Transposi-*
onis non solùm inveniri in syllogismis perfectis, *tio in En-*
d etiam in Enthymematibus. Veluti Papa potest *thymemati-*
rare. Nam omnis homo potest errare sive est mẽ *bus.*
ax: Hoc Enthymema est. Nam duæ hujus discur-
is partes memorantur. Trajectio est autem, quod
onclusio ponitur primo loco, propositio secundo,
t redigitur sic: Omnis homo potest errare. E. &
apa potest errare; subintelligiturque in isto En-
hymemate, hæc assumptio: Atqui papa est
omo.

Denique est observandum ad tantò rectius for- 116.
mandum judicium inversionem patium syllogismi *Ejus. corre-*
corrigendam esse earundem ordinatione, atq; ita *ctio.*
pars quælibet in locum suum redigenda est.

Solet autem frequenter adhiberi inversio ab oratoribus ne ars animadvertatur, aut alioqui satietate auditor fatigetur Vide *Cic. l. 2. de orat. & de Invent.*

CAPUT XIV.

De divisione syllogismi in necessarium (ubi de Demonstratione) Probabilem & Sophisticum.

1. *Quintò*: Syllogismus est necessarius, Probabilis vel Sophisticus.

2. Necessarius est, qui infert necessariam conclusionem ex necessariis præmissis Veluti: *Nullum animal est lapis. Canis est animal. E. Canis non est lapis.*

3. Inter syllogismos necessarios eminet *Demonstratio.*

4. Demonstratio est syllogismus probans conclusionem necessariam ex efficiente vel fine vel effecto.

5. Alia ex his dicitur potissima & τὸ διότι: Alia est secundaria & τὸ ὅτι.

6. Syllogismus Probabilis (aliâs Dialecticus vel Topicus dictus) est, qui cõclusionem verisimilem elicit ex præmissis verisimilibus. Ut: *Qui habet diligentem Præceptorem fit eruditus. Marcus habet diligentem Præceptorem, E. fit doctus.*

7. So-

Sophisticus syllogismus, ex vitiosa forma, vel apparente vera materia procedens.

COMMENTARIVS.

Ne caput hoc nimium excrescat, non agam hic [s]ingulis istis syllogismorum speciebus, præstiturus [s]eparatis capitibus, sed solùm agam hîc dè gene[r]ibus, quæ scilicet solùm ad intelligentiam hujus [di]visionis faciant. Sunt autem hanc ad rem qua[tuo]r tractanda. 1. An syllogismus in Logicis debeat [di]vidi ratione materia. 2. An ea divisione attingi [d]eat syllogismus sophisticus, seu, quod idem est, an [in] Logicis debeat proponi sophistica? Tertiò: *An ea [di]visio syllogismi sit bona immediata?* Deniq; *an [de]ntur syllogismi necessarii, qui non sint demon[str]ationes.* 1

TITULUS I.

[A]N SYLLOGISMVS IN LOGICIS DEbeat dividi ratione materia?

Ramus *l. 2. schol. Dial. c. 3. & lib. 9. cap. 2. Comparatione 15. Contra Schegk.* & passim aliâs Beurhusius [p]*arte 2. Pædag. Log. p. 957. seqq.* Aliique Rami interpp. [e]x eo hanc divisionem syllogismi rejiciunt, quia [n]on dispositionis formâ, sed materiâ solùm isti [s]yllogismi distinguuntur, ut alia interim omittam [s]uo loco tractanda, quæ Ramus huic divisioni objicit, quod scilicet nullum demonstrationis Exemplum reperiatur. 2

Nihilominus nō malè dividitur ita syllogismus sicut & Aristot. 1. *Top. c. 1.* singulas istas syllogismo- 3 *Approbatur de divisio.*

rum species vel differentias diligenter exposuit: non posse eam syllogismi divisionem in Logic omitti patet, quia inprimis ad Logicam pertine omnia insttumenta cognoscendi tradere. Demo stratio autem est instrumentum potissimum co gnoscendi, quia per eam solùm traditur causa, p quam subjecto insit aliqua affectio, ut suo loc patebit.

4 Neq; impedit; quod hic forma servetur eaden solum autem fit (ut in objectione dicebatur) diff rentia ratione materiæ. Nam. 1. Syllogismus etia in universalem, particularem, singularem: Item affirmatum & negatum, nō dividitur aliter, quà ratione materiæ, nempe ratione propositionu Universalium, affirmatarum &c. Cur igitur ne posset id fieri ratione necessitatis & contingenti quæ fit in partibus syllogismi. *Deinde*: cùm ad L gicam pertineat tradere omnes modos cognosc di, iccircò, si in particularibus materiis sit aliqu varietas, fieri non potest, quin digrediatur ad Pa ticulares materias. Veluti non tractat solùm L gicus generaliter de definitione, sed cùm privati v. g. postulet peculiarem definiendi modum, pert net utique ad complementum Logicæ, hanc etia rem attingere. Proinde non semper est solis gen ralibus immorandum.

TITULUS II.

AN IN LOGICIS AGENDUM DE *Sophisticâ*?

5 Hæc divisio indicat aliquâ suâ parte syllogism sophisticos, & consequenter insinuat, de iis agen dum esse in Logicis. Atque ita faciendum esse in primis docet Aristoteles suo exemplo, qui no

solùm

um generaliter agit de syllogismo sophistico.
op.cap.1. Sed etiam speciales libros Elenchorum
psit. Indeque etiam cæteri interpp. hujus do-
inæ necessitatem & utilitatem approbant. Ni-
ominus Ramus ejusque asseclæ aliqui rejiciunt
ctrinam sophisticam, ut videri potest locis priùs
egatis. Idemque fecisse Ægid. Romanum refe-
nt Colonienses *ad Arist. l. 1. Elench. fol. 1.*

Hac in re dico. I. *Syllogismum sophisticum, non esse* 6
è syllogismum: Et consequenter superiorem divi- *Syllogismus*
nem syllogismi, non esse ut in species, rigidè lo- *sophisticus*
endo, sed esse ut æquivoci in æquivocata. Ita *non est verè*
et, quia forma syllogismi est consequentia. At in *syllogismus.*
hismatibus nulla est consequentia. Docetque
Arist. 1. *Top. c.* 1. §. 8. λεγέσθω μὲν ἐριστικὸς συλλογι-
ὸς, συλλογισμὸς δ' οὐ ἐπειδὴ φαίνεται μὲν συλλογί-
θαι, συλλογίζεται δ' οὔ. *Dicatur quidem contentiosus*
logismus, non tamen syllogismus (simpliciter & sine
dita particula diminuente à ratione syllogismi)
uia etsi videtur concludere, revera tamen non
ncludit.

II. *Doctrina sophisticorum syllogismorum, est ne-* 7
ssaria Logicæ, non simpliciter, sed ad bene esse Logicæ. *Sophistica*
ior pars hujus assertionis patet, quia rectum est *doctrina nō*
rma judexque sui & obliqui. Proinde, qui benè *est simplici-*
gnitas habet cõsequentias syllogisticas, illi faci *ter necessa-*
nota erit etiam inconsequentia atque adeò so- *ria.*
histica. Veluti, qui novit ad consequentias in pri-
a figura pertinere, ut habeant syllogismi illi as-
umptionem affirmatam, ille novit quam primum
phisma esse, si assumptio sit negata. idemque pa-
et à simili, quod ad explicandam regulam Gram-
aticam v.g. *Nominativus præcedit verbum*, &c. Nõ
st absolutè & simpliciter necessarium addere mo-
dos particulares, quibus peccetur contra regulam
llam, veluti, si dicatur; *Ille curris*; vel *ille currunt*: vel

ille pœnitet, vel *ille currere* : Sed satis intellectâ i priori regulâ, ilicò hi omnes modi loquendi, app rent regulæ illi contrariati.

8 Jam verò altera etiam pars superioris propositi nis inprimis apparet ab experientia, quæ docet, e facilius fungi officio Logici, h.e. respondere adve sario sophisticanti, qui in hoc doctrinæ genere su exercitati, quàm qui secus sunt. Est enim omni officium viri sapientis & scientis non mentiri v fallere ipsum, & posse alium mentientem sive fall tem patefacere ait Arist. 1. *Elench.* c. 1. §. 6. Et conf matur, quod ut maximè fallaciæ circa formam sy logismi possint ex regulis consequentiarum syll gisticarum haberi, tamen secus est de materia, quam multæ fallaciæ pertinent, veluti fallacia acc dentis, à dicto secundum quid ad dictum simplic ter, & quæ sunt his similes.

Pertinet ad bene esse Logica.

Objicitur: Logica est ars bene disserẽdi. At soph ca non est ars bene disserendi. E. sophistica non pars Logicæ: Et proinde de syllogismo sophistico Logicis agendum non est. *Respondeo* ad assumpti nem, negando eam, quia utiq; est virtus, vitium f gere & sapientia prima. Non proponitur autem s phistica alio fine in Logica, quã ut deprehendant & fugiãtur sophismata. Ita nempe offic um Dial ctici est: Veritatem tueri, falsitatem refutare & etiam sophismata judicare & evertere.

TITULUS III.

AN ISTA DIVISIO SYLLOGISMI sit bona & immediata?

Quæ ratione Demonstrationis & syllogism rum sophisticorum huic divisioni officere possin

10. jamdum in prioribus visa sunt. Ex quibus etiam p tet quoad syllogismum sophisticum, non esse ha divisionem, nisi ut distinctionem nominis.

11. Nunc autẽ solùm videtur obstare huic divisio

1. qu

...od Arist. 1. *Top c.* 1. referens istam divisionẽ, qua- *Rationes dubitandi.*
...r membra cõstituit, nempe syllogismum *Apodi-*
...*um Dialecticum, Contentiosum & Pseudographum.*
...dendus ergo videtur superiori divisioni, syllogi-
...us ψευδόγραφος. Estq; iste apud Arist *h. l. f. 9.* qui
...propriis scientiæ sumptionib. nõ tamen veris af-
...tur. Unde consequẽter Doctores *ad h. l. Arist.* suf-
...entiã & distinctionem istorũ syllogismorum sic
...iũt: Nempe materia syllogismi est quadruplex.
...us syllogismus est ex materia necessaria, alius ex
...babili Rursus alius ex materia, quæ videtur esse
...essarius nõ est tñ: Et alius deniq; ex materia quæ
...tur esse probabilis, non est tñ Ex materia primi
...eris fit demonstratio: Ex altera syllogismus dia-
...icus, ex tertia syllogismus ψευδόγραφος (*falsi-*
...*phum* vocant Barbari) ex quarta ἐριστικὸς sive cõ-
...tiosus, unde sicut syllogismus contentiosus mẽ-
...ur speciem syllogismi Dialectici: Ita syllogismus
...δόγραφος mentitur speciem Demonstrationis. 12
Deinde: Kecker. *in system Log lib.* 3. *c.* 1. *p.* 469. pri-
...m distinguit syllogismũ in formalem & mate-
...lem. Et materialẽ ex intervallo dividet in notio-
...lem & realem. Et realem demum facit necessa-
...m vel probabilem. Ita ergo non erit hæc genera-
...divisio. Neq; enim comprehendet syllogismos
...tionales & formales. 13

Ad hanc ergo rem dico. 1. *Non necessariò divisionẽ* *An syllogismus ψευδογραφῶν addendus?*
...*m fieri quadripartitò pro syllogismo sophistico accipiẽ-*
...*eum, qui Aristoteli* ἐριστικὸς & ψευδογραφῶν *voca-*
...r. Etsi in eo modo, quo dictum est isti syllogismi
...stingui possint: tamen satis commodè, sub uno
...iã nomine contineri possunt videlicet syllogismi
...phistici. Nempe in universum omnis syllogi-
...nus, qui verè nõ est talis, sed solũ speciẽ syllogismi
...ẽtitur, is est sophisticus: Si v. particulariter ist' us-
...odi syllogismi mẽtiũtur speciem vel Demõstra-
tionis

tionis vel syllogismi Dialectici, possunt istis, q[ui] dicta sunt, specialibus nominibus syllogismi sop[hi]stici, appellari. Nec aliâs Aristoteli est, inusitatu[m] unam speciem duabus appellationibus exprime[re] ut saltem ex speciebus qualitatum, *in lib. Categ.* c[…] notum est.

14 *Illa divisio non est subdivisio syllogismi formalis.*

II. *Nostra syllogismi divisio, non rectè proponitur, syllogismi formalis subdivisio.* Ita patet, quia aliâs d[a]rentur syllogismi, qui non essent è speciebus i[stis] syllogismorum. Omnis enim subdivisio parte[m] unam accipit, dimissâ altera. Etsi interim non d[…] fitear, divisionem hanc sumi ex ratione mate[riæ] syllogisticæ. Hoc enim efficit, quo minus ea divi[sio] sit generalis, sicut & aliæ divisiones aliunde (vel ex quantitate vel qualitate præmissarum) sumpt[æ] eo non obstante, generales sunt.

15 *Vel syllogismi Notionalis.*

III. Nec rectè ponitur ista tanquam subdivi[sio] syllogismi realis, separando syllogismum notio[na]lem. Nam inprimis per syllogismum notionale[m] ille intelligitur à Keckermanno, cujus co[n]clusio & præmissæ habent aliquam notionem [se]cundam seu terminum Logicum. Veluti, quo co[n]cluditur quæstio: An actio sit *genus* sacramenti? [An] calor sit *proprium* ignis. At in hujusmodi syllo[gi]smis æquè ex materia vel probabili vel necessa[ria] procedi potest, ac in syllogismis realibus. Possu[nt] ergo & isti syllogismi necessarii esse vel Dialecti[ci].

Notionaliũ syllogismorũ tractatio supervacanea

Quid? quod illa Notionalium Syllogismorum d[o]ctrina omnino videtur supervacanea esse. Neq[ue] magis aliqui syllogismi notionales ponuntur, [ex] terminis Logicis, ut Keckermannus definit, qu[am] alii Notionales ex terminis Rhetoricis, aliter[…] Veluti cùm quæritur. An verba Institutionis [sint] Tropica. Nempe in universum seu Extrema s[int] realia seu Notionalia seu nominalia, valet [illa] Arist. regula. 1 *prior.* c. 27. quod medius terminus

at sumi ex subjecto & prædicato quæstionis.
oinde si ejusmodi notionalis quæstio sit, facile
paret, ex natura & proprietate generis, vel pro-
ii vel Tropi argumentandum esse. ut proinde hic
culiari doctrinâ Notionalium syllogismorum
us non sit. 16

Relinquiturque adeo: istam divisionem his non
stantibus bonam esse & immediatam. Sumitur-
e ejus sufficientia hoc modo: Quicquid dicitur
logismus, aut solùm est syllogismus titulotenus,
t revera. Si primum, est syllogismus sophisticus.
autem revera est syllogismus, tùm vel est ex
ateria necessaria, vel ex probabili. Si primum, est
logismus necessarius. Si postremum, est syllogi-
us Dialecticus sive Topicus.

TITULUS IV. 17

AN DENTUR NECESSARII SYLLO-*gismi, qui non sint apodictici sive De-monstrativi?*

Ita frequenter existimant Interpp. Aristotelis,
occasione, quòd Aristoteles *sæpe d. l. 1. Top. c. 1.* di-
dat syllogismum in Apodicticum, Dialecticum,
ontentiosum & Pseudographum. Inter quos,
ìm non inveniatur appellatio, pro syllogismis
ecessariis alia, nisi syllogismi Apodictici, iccircò
mnes syllogismi necessarii sub nomine syllogismi
podictici videntur contineri. 18


Hac in re dico: *Omninò dari syllogismos necessarios,* *Non omnes*
ui tamen non sint demonstrativi. Imo nec videtur *syllogismi*
nens fuisse Aristotelis, vel omnem syllogismum *necessarii*
necessarium vocare apodicticum, vel etiam ibi di- *sunt demō-*
tribuere syllogismum. Solùm nempe Aristoteles *strativi.*
eo loco declarat definitionem syllogismi, & subji-
cit aliquas ejus differentias, sine ulla distributione.
Nimirum cùm Aristoteles definitionem syllogi-
smi posuisset. §. 3. immediatè subdit, quid dicatur

ἀπόδει-

ἀπόδειξις §.4. Item §.5. quid sit syllogismus Dialec-cus, de quo ex instituto tractare volebat. Vident que adeo interpp. Logici non alia ratione ex h loco sumsisse divisionem syllogismi in apodi cum, Dialecticum & Sophisticum, ac ex Porphy Isagog. c. 1. sumserunt philosophi Numerum U versalium & Prædicabilium, quod Porphyrio mentem non venit, ut inspicienti evidens est.

19 Jam principalis assertionis veritas inde appar quod Demonstrativi syllogismi solùm sumun ex efficiente, fine & effectu. At possunt etiam n cessariæ propositiones & consequenter necessa syllogismi fieri ex locis aliis, veluti à materia forma, & subjecto, oppositis, difinitione & exp rientiâ &c. Horum aliquos, puta eos, qui sunt genere & specie, Avicenna vocavit demonstrati nis. Sed hoc meritò rejicitur, neque congruit cu Aristotelica demonstrationum doctrina. Vide Z barellam. *l.* 1. *de med. Demonst. c.* 19. Prolixè ind cit ista Keckermannus inter alios. *l.* 3. *System. L sect.* 2. *c.* 9. 10. 11. 12. 13 ubi ipse necessarios syllog smos alios facit δεικτικὸς, alias ἀποδεικτικὸς, atq sic syllogismos, qui necessarii quidem sunt, nc tamen sunt demonstrationes, vocat syllogism *Dicticos*. Sicut & Jacobus Lorhardus eos appella Alii vocant syllogismos *Analyticos*. Sed jam ad specialem doctrinam illorum syllogismorum transeo.

Syllogismi ex genere & specie non sunt Demõstrativi.



CAPUT

CAPUT XV.

De Demonstratione.

Inter omnes syllogismos necessarios e- 1.
net omninò demonstratio. De ea ergo
ic separatim agendum est. Et consistit e-
doctrina in his capitibus 1. Agendum est
nomine Demonstrationis. *Deinde* de ejus
initione: *Postea* de ejus speciebus: *mox* de
monstratione potissima. *Tum* de ejus par-
is, tam ratione terminorum quam ratio-
propositionum quæ in ea ponuntur. *De-*
c de effectu Demonstrationis: *denique* de
monstratione secundaria.

TITULUS I.

DE VOCE DEMONSTRATIONIS.

Vox Demonstrationis ambigua est. Aliquando 2.
idem quod ostensio. Ita Anatomici, suas inspe-
ones vel sectiones vocant demonstrationes. Eo-
nque modo Grammatici Pronomē, *Hic, hæc, hoc*,
cant *demonstrativum*, & Logici istis particulis
cumscriptum, vocant individuum *ex demonstra-*
ne, hoc est, tale, quod indice digito monstretur
ostendatur. Atque sic etiam sumitur, cùm alias
quenter distinguat Aristoteles definitionem à
monstratione, nihilominus definitioni, quia
clarat essentiam, nomen demonstrationis attri-
itur. 2 *post.c.*2.*t.*18. Estq; tū demōstrare idē quod
eclarare explicare, ut exponit Zabar. *ad h.l.p.*1074.
sic ēt apud Mathematicos frequēter sunt demō-
stratio-

Ambiguitas in voce demonstrationis.

ſtrationes, non rigidè dictæ, ſed tales oſtenſio
quæ per picturarum & delineationum exhibitio
continent propoſitionis alicujus, etiam ad
ſum evidentiam. Imò ſyllogiſmi probabiles qu
doque dicuntur Ariſtoteli demonſtrationes.
luti: Si probes Mæchum eſſe, qui ſit comptior
noctu oberret. Vid. 1. *Elench. c. 5. §. 7.*

3 *Deinde* Demonſtratio ſignificat ſpeciem qu
dam ſyllogiſmi, ejus, inquam, qui neceſſarius
Et nominatim quidem iſte ſyllogiſmus vocatur
monſtratio, qui vel ex cauſa vel effectu proce
Ita accipitur vox demonſtrationis, cùm appreh
ditur, ut commune nomen indifferens ad Dem
ſtrationem τοῦ ὅτι & τοῦ διότι, prout de ea agit Ariſ
1. *poſt. c.* 10.

4 Denique *tertio* accipitur, per excellentiam
κατ' ἀντονομασίαν pro nobiliori ſpecie Demonſ
tionis, h. e. pro demonſtratione τοῦ διότι, quomo
potiſſimùm & frequentius Ariſtoteles hâc voce
titur *in Poſt. Anal.* ut meminit Zabarella *l. de ſ*
demonſtr. c. 1. 6. Sicut & vox Definitionis per Exc
lentiam ſolet ſumi pro ſola definitione perfecta
ſcientia, pro ſola ſcientia theoretica. Græcis
monſtratio vocatur ἀπόδειξις. Unde conſequen
ea vox eidem ambiguitati ſubjacet. Rhetor
tamen præterea ἀποδείξεις dicuntur, quas hab
ad Auditores, oſtentandi ingenii causâ.

TITULUS II.

DE DEFINITIONE DEMONSTRA-tionis.

5 Non quæritur jam definitio Demonſtration
quæ ſic *κατ' ἐξοχὴν* vocatur, ſed ſolùm demonſt
tionis in communi. Tùm igitur *modò dicto libro d*
ſpec. demonſtr. c. 1. exiſtimat Zabarella, Demonſt

tione

onem non esse commune genus Univocum ad
m, quæ est τὸ ὅτι & τὸ διότι, sed solùm esse quid ana-
gum, & consequẽter demonstrationem τὸ ὅτι non
e Demonstrationem, nisi in quantum partic-p r
aliquibus cõditionibus demonstrationis τὸ διότι.
eterùm si illa analogia esset proportionis tàtùm,
m in nomine demonstrationis æquivocè solùm
nvenirent illæ, quæ dicuntur species demonstra-
nis, & consequenter non possent una communi
initione exprimi. Communis enim definitio in-
iat, sub ea ratione, rebus definitioné istam par-
pantibus, convenire communem quandam es-
tiam, quod non est in æquivocis. Atque hinc
atum est apud Logicos, non tàm simpliciter
im per διαίρεσιν, adeoque per complicationem
erentiarum dividẽtium definire demonstratio-
n. Sicut & ipse feci in theorematibus superioris
itis. Demonstratio est syllogismus probans cõ-
sionem necessariam ex efficiente vel fine: vel ef-
tu. Alii post expositionem vocis, solent imme-
tè progredi ad divisionem, ut demonstrationem
iant aliam atque aliam, ut Fonseca fecit *l. 7. Inst.*
aliique. Neque memini an uspiam Aristoteles
neralem definitionem tradiderit. Quod si quis o-
ino generalem definitionem ἀδιαίρετον velit, di-
potest. Demonstrationem esse syllogismum ex
essaria causa externa & effectu. Atque hoc jam
ique generi demonstrationis convenit. Utraq;
m est ex causa & effectu. Et discrimen postea
, quod alia demonstratio est, ubi causa est pro
edio: Et effectus pro conclusione; Alia verò ubi
ectus est pro medio & causa in conclusione; quæ
seqq. manifestoria erunt. Sed ut deveniamus ad
monstrationem potissimam, quam Aristoteles
aximè declarat, priùs removendæ sunt species a-
e, quod Demonstrationis distributione fiet.

TITVLVS III.

DE SPECIEBVS DEMONSTRATIONIS.

6 Aristoteles duplex facit genus demonstrationis
Alterum τῦ ὅτι, alterum τῦ διότι. 1. *post. c.* 3. & 10. &
2. *post. c.* 14. Et aliùs passim. Dicit autem eam de
monstrationẽ τῦ ὅτι, quæ declarat, quod res sit: Ve
luti est ea, quæ vel ex effectu vel causa remota fint,
ut Aristoteles ibi declarat, imprimis *d.* 1. *post. cap.* 10.
Demonstrationem autem τῦ διότι vocat eam, qua
est ex causa immediata & proxima. Hęc vocari sole
Demonstratio *propter quid*: Illa demonstratio *quia.*

7 Cæterùm ad hanc rem tractandā & divisionis il
lius bonitatem obtinēdam: Inquirendum est *primò*
An demōstratio τῦ ὅτι sit vera demōstratio? *Deinde*
An sit demōstratio τῦ διότι? Alterutrum enim si n
sit, divisio non erit bona, quia partes cùm toto divi
so non cōsentiant. *Tertiò*. An ea genera demonstra
tionum sufficienter dissentiant? Et *denique*: An no
sint & alia Demonstrationum genera?

Proponūtur tractanda.

QUÆSTIO I.

An Demonstratio τῦ ὅτι sit vera demonstratio?

8 Negat id Avicenna, ut refert Zabarella *l. de spe*
demonst. c. 8. & incidit in eam sententiā Colleg. Co
nimb. quando. 1. *post. c.* 10. *q.* 1. *a.* 3. docet: Nomen de
monstrationis, dici de demōstratione potissima &
demonstratione τῦ ὅτι, solū ut analogū per propor
tionem. Nam analogū per proportionē est specie
æquivoci. Indeq; sequitur: demonstrationem τῦ ὅτι
solū æquivocè & sic nomine tenus esse demonstra
tionem. Eandem illi sententiam et tribuunt Alexā
dro & Themistio *ad. t.* 34. Et rationes sunt. 1. quo
Aristoteles agens de demonstratione, nihil distin
guens, solam demonstrationē propter quid expli
cat, & reliquam. 1. *post. t* 55. appellat demonstration
à signo, quod additū diminuit à ratione demonstra
tionis; *Deinde*, Demonstratio Quia, est imperfecti
sima

Sententia negantis.

Fundamenta.

ma & non reddit intellectum quietum de notitia ei. E. non participat perfectè rationem demõstrationis, quia demonstratio est inventa ad satiandum t pacandum intellectũ in cognitione rerum, quod x terminis non videt. Et patet antecedens. Neq; n. ntellectus inquisitio subsistit, nisi re cognita, ut est n se, quod demonstratio Quia præstare non potest, ũm rem verè dependentẽ non ostendat, quatenus ependens est, siquidẽ eam per causam non probat. eniq; sciẽtia οῦ ὅτι analogicè (analogiâ illa proporonis) convenit cum scientia propter quid. E. & deonstratio ista & hæc. Eadem n. est ratio scientię & emonstrationis quę scientiam efficit. Antecedens item probatur ex certitudine & evidentia scientiæ. eq; n. scientia Quia ostendit rem ut est, q ad evientiá requiritur: Neque ẽt ostendit, oppositũ ejus pugnare, quód ad certitudinẽ sciẽtiæ requiritur.

Nihilominus alii & rectius quidem existimant: emonstrationem οῦ ὅτι, etsi secundario sit Demon- 9 *Demonstrationem τοῦ ὅτι esse demonstrationem.*
ratio, tamen absolute esse & dici posse demõstraonem, ut inter alios multis docet Aver. 1 *post. com.* 5. *& in Log. qq.* 4 15. & post eum Zabarella *de spec. demonstr c.* 9. *seqq.* Et probatur. 1. Ex Aristotele, qui isertè hanc demonstrationem τοῦ ὅτι vocat demõ trationem 1 *post. t.* 23. *&* 95. ut ibi advertit Zabarella *d post. anal. p.* 692. Deinde Argumẽtatio, quæ efficit cientiam, illa est verè & non solùm nomine tenus, ut per similitudinem demonstratio. Scientia n. est æquatus effectus scientiæ. At talis est ẽt demontratio τοῦ ὅτι. Nam alterum genus demonstrationis οῦ ὅτι, fit ex causa (remota.) At cognoscere rem er causam, est scire, per conversam definitionem τοῦ scire, ab Arist. traditam 1. *post. t.* 7. Quod autem dem sit in demonstratione τοῦ ὅτι quæ est ab effectu apparet, quia non illa solùm scientia est, quæ est ex notioribus natura, sed etiam, quæ est ex notioribus

nobis ut sumitur ex 1. *post. c.* 10. At talis imprimis es[t] hæc demonstratio.

10 *Solvuntur objectiones.*

Ad primam igitur objectionem responderu[r] Nullam in eo esse consequentiam. Nam quòd su[b] nomine demonstrationis Aristoteles tractat solùn de demonstratione τȣ̃ διότι, non est, quod demonstra tio dicatur ambiguè vel per analogiam proportio nis de demõstratione Quia, sed quia ista est demõ strationis species nobilissima, unde ista per synec dochen, in istis ἐξοχαῖς usitatam, sola vocatur de monstratio. Sicut tractans de Oratore loquitur d[e] Oratore perfectissimo, & de definitione tractat iti dẽ de definitione perfectissima, & de ædificandi ar te, loquitur de potissimis ædificiis, cũ interim citr[a] æquivocationẽ voces istæ applicentur etiã iis qu[æ] sub istis generalibus sunt minoris dignitatis: Simil[e] est, cùm ad indicandam excellentiam sub nomin[e] Poëtæ Homerum intelligimus, ut docet Zabarell[a] *l. 1. de med. Demonst. c.* 17. Imò nec antecedens verum est. Non, inquam, semper Aristoteles de demon stratione adeò strictè loquitur. Ut saltem appare[t] ex. 1. *post. c.* 20. ubi hanc divisionem Demonstratio nis Aristoteles tradit & exponit: Quamquam verò hæc demonstratio dicitur *à signo*, nihilominus dici tur demonstratio, unde illius additum non dimi nuit à totâ naturâ demonstrationis, sed solùm à perfectione summa demonstrandi.

Cur Aristoteles sub nomine demõstrationis frequenter intelligat demonstrationem potissimam.

11

Ad *secundum* respondeo: Demõstrationem paca re intellectum in rerum cognitione sed servand[o] proportionem juxta diversitatem demonstratio num ad hunc effectum. Nempe, ut id perfectiu[s] demonstrationi τȣ̃ διότι conveniat. Demõstration[i] autem τȣ̃ ὅτι in suo genere & modo.

Ad *tertium*: Sicut vox demonstrationis per ex cellentiam sumitur pro demonstratione potissima. Ita etiam est in voce scientiæ. Unde κατ' ἐξοχὴν illa

solùm

ꝉùm dicitur scientia, quæ talis est nobilissimo
ıodo. Alioquin generatim loquendo, sub ratione
ꝉientiæ, potest ea effici per demonstrationem hu-
ıs generis, ut in prioribus est probatum.

QUÆSTIO II.

An demonstratio detur, τȢ διότι.

13 Divisio non debet fieri per non Entia. Ne ergo
hoc capite vitiosa sit proposita divisio. Disqui-
ndum est. An detur demonstratio τȢ διότι. Negat
Ramus ita inquiens. *l. 2. schol. Dial. c. 3. p. 39. In po-
rioribus Analyticis,* inquit, *præcipitur de ἀποδείξει h.*
de syllogismo qui propriam affectionem de subjecto per
usam propriam concludit. At talis causa nulla uspiam
lhuc observata est, imò per naturam nulla esse potest,
igintaq; ad eam rem Aristotelis exempla, falsa sunt
nnia h. e. nihil propositæ apodixeos continentia, ut sit
orribile prorsus auditu artem à philosopho confingi,
ıjus exemplum esse nullum possit, &c. Ita & *l. 10. schol.*
Dial. ad c. 1. 2. lib. 2. post p. 435. ait: demonstrationem
adeò esse absurdam, ac est *ignis frigidus, & glacies ca-
da.* Similia passim occurrunt apud Ram. *in schol.*
Dial. ad post. Anal. Aristotelis. Estque ejus potissimũ,
uod ipse judicat argumentum, dictâ *p. 435. 436.*
ıuia quæstio διότι, *propter quid*, non possit syllogi-
mo concludi, sed solùm quæstio *an sit*. Quæstio
enim & conclusio idem sunt. Jam conclusio cu-
uscunque syllogismi est: rem esse vel non esse. Ergo
etiam quęstio, quovis syllogismo concludenda, est:
An sit vel non sit, non autem propter quid sit Idem
argumentum habet. *l. 9. schol. Dial. in Procem. p. 294.*
Aliud autem quod referri mereatur non invenio.

Ramus rejicit doctrinam de demonstratione.

Argumentũ Rami.

14 Nihilominus dari syllogismos demonstrativos
certum est. Nam imprimis fieri possunt syllogismi,
ut ex aliis argumentis, ita etiam ex efficiente & fine.
Ergo & ex proximâ efficiente & fine. At demonstra-

Rejicitur hæc sententia.

tio est nihil aliud, quam syllogismus, qui medium terminum sumat ex proprio efficiente vel fine, ut Ramus verbis prius relatis fassus est: *Apodixis*, inquit, *est syllogismus qui proximam affectione de subjecto per causam propriam concludit*: Exempla hujus syllogismi sunt plurima. Quod habet animam rationalem est capax disciplinæ. Homo habet animam rationalem E. est capax disciplinæ. Quicquid habet materiam est quantum. Omne corpus habet materiam, E. est quantum. Quicquid habet formam est actuosum (sive habet potentias activas) omne corpus naturale habet formam, E. omne corpus naturale est actuosum. Alia supersedeo enumerare quæ plurima ex scientiis speculativis inprimis haberi possent.

Exempla demonstrationis.

15. *Solvitur argumentũ Rami Quomodo dicatur hac demonstratio*, Propter Quid?

Ad argumentum Rami. 1. *Respondeo* illud sumi à nomine hujus demonstrationis, quod scilicet ea vocetur *propter quid*. A nomine autem non ducuntur firma argumenta. 2. vocatur ea Demonstratio *propter quid* non ratione conclusionis, quasi scilicet ea sic fiat: Ergo *propter animam* rationalem. v. g. homo est capax disciplinæ. Vel. Ergo *propter materiam* unumquodque corpus est quantum: Et sic in similibus. Hoc, inquam, fieri non potest, quia sic medius terminus ingrederetur cõclusionem, quod fieri non debet. Dicitur igitur hæc demonstratio propter quid, ratione medii termini, quod videlicet in illo contineatur ratio & proxima causa, cur prædicatum subjecto insit in conclusione. Veluti in prioribus exemplis, ipse conclusiones non continent terminum *propter* &c. Sed ex argumento tertio tamẽ redditur proxima causa, cur vel propter quid istis subjectis istæ proprietates conveniant: Nempe: Propter quid, & per quod homo est capax disciplinæ? Per animam rationalem. Propter quid cuique corpori convenit quantitas? Propter mate-

ateriam. Propter quid cuique corpori conveniũt otentiæ activæ? propter formam. Idemque est in iis similibus exemplis.

QUÆSTIO III.

An ea demonstrationum genera sufficienter distinguantur?

Non videntur hæ demonstrationes satis distin- 16
i quia demonstratio ex effectu, solùm positâ ter-
inorum varietate, statim est demonstratio διότι,
Aristot. docet. 1. *post.* c. 10. ubi Lunam esse globo-
m ostenditur per accretiones. Quod augetur cir-
ulariter est globosum. At Luna ita augetur. Ergo
st globosa. Sic igitur factus syllogismus est de-
onstratio quod sit. At si è contrario ponatur me-
ium erit demonstratio διότι, quia non propter ac-
retiones Luna est globosa, sed quia est globosa,
deo suscipit tales accretiones. Quod est globosum
abet incrementum circulare. At Luna est globosa,
.habet incrementum circulare.

Nihilominus sufficiens est discrimen harum 17.
demonstrationum. Et sequitur. 1. Ex modò dictis. *Discrimen*
bi enim demonstratio Quid sit, fit demonstratio *inter species*
propter quid, sed sub alio terminorum positu, *demonstra-*
nempe si aliud fiat medium, & alia fiat conclusio. *num.*
Ibi enim pro medio erat effectus. Conclusio autem continebat causam: hic verò id non est. Et proinde demonstratio propter quid & quia, differunt. *Secundo* ratione medii. Illa est ex proxima efficiente & fine. Hæc est effectu. *Tertio*: illa parit scientiam propriè & strictè dictam. Hæc autem solùm parit scientiam aliqualiter, ut in præcedentibus tactum est

QUÆSTIO IV.

An non dentur alia genera demonſtrationum

Ultra illa duo demonſtrationum genera plu-
videntur dari poſſe. Igitur Averroës facit tria ge-
18. ra demonſtrationum: Aliam τοῦ ὅτι: Aliam τοῦ διότι:
Demonſtratio potiſſima que Averroës Aliam denique quâ demonſtretur, τὸ ὅτι & διότι ſi-
mul, quam ille *potiſſimã* vocat. Ita docet ipſe. 1. p.
com. 95. *Et in Epit. cap. de demonſtratione & l.* 2. *de*
com. 35. & alibi. Et ratio pro amplificando hoc nu-
mero eſt, quia differentes quæſtiones ſunt. *An*
& *propter quid*. Proinde ſi demonſtratio *quia*, & *pro-*
pter quid diſtinguuntur, à fortiori ab iſtis diſtin-
guetur, quæ eſt & demonſtratio quia & propter
quid.

Deinde: ſi datur demonſtratio à cauſa ad effectu:
Et viciſſim ab effectu ad cauſam: Dabitur etiam
19. demonſtratio ab effectu, ad effectum alium nec-
Demonſtratio ut effectu ad effectum. ſariò connexum. Ibi enim propter neceſſariam
fectuum connexionem, neceſſaria fiet concluſio:
Et non apparet ratio, cur ea argumentatio non de-
beat demonſtratio dici. Veluti: ſi quis probet, ho-
minem eſſe admirativum, ſi ſit ratiocinativus. S
& febris efficit pulſus inæqualitatem & abunda-
tiam caloris, ſi ergo ab abundantia caloris argu-
mentatio fiat ad inæqualitatem pulſus, aut vi-
ce verſa, fiet illa demonſtratio ab effectu ad effe-
ctum. Ita ergo hactenus dabitur alia ſpecies de-
monſtrationis, quam etiam *Themiſtius* defendit, &
primò inveniſſe dicitur.

20. *Tertiò*: frequenter utuntur ſcientiæ deductioni-
De deductione ad abſurdum. bus ad impoſſibile. Et eædem dicuntur demonſtra-
tiones Vide Ariſtot. *l.* 1. *prior. c.* 23. § 7. Ita & Suare
disp. 3. *Metaph. ſ.* 3. *n.* 6. Demonſtrationis duplex ge-
nus facit: aliud oſtenſivum, aliud deducens ad im-
poſſibile. Non apparet tamen: an hæc demonſtra-

ti

io per impossibile sub istis duobus generibus con-
ineatur.

Denique est etiam peculiare genus Demonstra- 21.
ionis ad probādā summa & prima principia, nem-
pe per declarationem terminorum. Cùm enim illa
principia sint simpliciter prima, ideo sunt imme-
diata. Ergo per aliud medium demonstrari non
possunt. Et tamen utique sciuntur. Datur ergo eo-
rum demonstratio (hujus enim effectus est scire)
quæ non sit ex medio, sed solùm per terminorum
declarationem, eorum scilicet, ex quibus illa prin-
cipia confi[illegible]iuntur.

Demonstratio per terminorum declarationem.

Nihilominus duæ tantùm sunt spec[illegible]es demon- 22
strationis. Nam inprimis demonst[illegible] r [illegible]men
on convenit nisi syllogismo e[illegible] rdi-
nis, h.e. illi, qui est ex causa & [illegible]ctu. [illegible] ergo illæ
gumentationes sunt à c[illegible] & desinunt in effe
tu: vel sunt ab effectu, & desinunt in causa. Si il-
lud, tam illa causa est vel proxima vel remota. Si
proxima, est demonstratio potissima. Si remota, vel
etiam ab effectu, est demonstrtrio τῦ ὅτι. Unde ap-
paret hanc demonstrationem τῦ ὅτι sub [illegible]vidi posse
[illegible]o, quo dictum est modo.

Asseruntur duæ tantùm species demonstrationum.

Ad primam igitur objectionem respondeo: Non
esse duplicem demonstrationem, aliā pp quid tan-
tū, aliā Quia & pp quid simul, sed omnis demōstra-
tio διότι involvit et τὸ ὅτι, veluti in superioribus Exē-
plis est evidens. Concludunt n. rem hanc esse, quod
pertinet ad quod sit: Et p[illegible]ꝑterea continent causam,
indeque satisfaciunt quæstioni propter qu[illegible]d. Nec
dissimilia exempla dari possunt. Et alioquin diffe-
rentia illarum demonstrātionum est accidentalis,
quatenus una supponit aliam cognitionem, quâ
sciatur conclusio esse vera, alia verò nihil supponit,
utraque tamen infert conclusion[illegible]m, quæ formali-
ter significat prædicatum subjecto inesse propter

Rejicitur demonstratio potissima Averrois.

ralē causam. Confer Colleg. Conimb. 1. *post. c.* 1. *q.*
a. 2. & prolixè Zabarellā *de spec. demonst* c. 11. 12. 1
15. 16. 17. 18. 19. Adeò nempè gravi ei visa est sen
contra quā tam prolixè ageret. Apparetq; adeò
etiam eam varietatem quæstionum, unde is
monstrationum numerus hic sumatur, hic no

24 Demōstratio autem ab effectu ad effectum
Rejicitur altera erat objectio non est aliis addenda, qu
demonstra- quomodolibet necessitas in istis propositioni
tio ab effectu veniatur, non est tamen tanta, quāta ad demon
ad effectum. tionem satis sit. Major n. propositio est quide
omni, non tamen est per se, quia neuter duoru
fectuū in alterius definitione accipitur. Et pr
solùm est necessaria ex accidenti, quia necess
neutro terminorū provenit, sed solū ratione t
Nā eatenus dicitur ea necessaria propositio q
nus uterq; effectus ab una & eadē causa produ
utriq; autē accidit, ut ab eadē causa fluat à qua
alter; Est igitur accidentalis nexus in proposit
majore, quam vel solam vel præcipuè Aristotel
spexit in assignandis conditionibus demonstr
nis. Ita Zabarella *de spec. demonst. c.* 5.

Et quicquid sit, solùm est pugna de verbis: A
nomen demonstrationis extendi debeat, ad is
modi argumentationes. Quod si igitur (utinu
vocis acceptione maneamus, secundū q̄ demō
tio est argumentatio solū intra causam & effe
demonstratio non appellatur hujusmodi syll
smus: dicitur tamen syllogismus necessarius c
muniori nomine, & sic res eodem redit, præse
cum & alii sint syllogismi necessarii (ut visum
supra) qui non sint demonstrationes: Et aliâs
mini artium non facilè mutari debeant.

25 Tertiò: de deductione ad impossibile visu
Deductio supra inter syllogismos crypticos, *c.* 13. *t.* 8. ubi e
ad absurdū. constitit quod aliter atq; aliter loquēdo, poss
den

monstratio à priori vel à posteriori dici. Nequa-
iam autem facit genus demonstrationis tertium.
Deniq; summa principia non ignorantur sed sci- 26
ntur Sciuntur tamen non aliter, quam per termi-
orum penetrationem, ut visum est *in tractatu de*
opositio. c. 8. Divis. 13. ubi prolixè declarata est na-
ra propositionum per se notarum & sumitur ex
ristot. 1. *post. c.* 3. Illa enim penetratio terminorum,
el eorum declaratio, propriè loquendo non est
monstratio, sicut proinde illa summa principia
cuntur indemonstrabilia ab Arist. 1. *post. t.* 73. Ic-
rcò cum illa terminorum vocari solet demõstra-
o, vox demonstrationis sumitur solùm pro evi-
nti ostensione, quomodo in initio hujus capitis,
athematicorum delineationes, quæ propositio-
m evidentiam continerent vocabantur demon-
ationes & ἀποδείξεις.

Declaratio terminorum quomodo dicatur demonstratio.

TITULUS IV.

DE DEFINITIONE DEMONSTRA- *tionis potissima, sive τοῦ διότι.*

Demonstrationem potissimã vocat Averroes eã, 27
æ est & τοῦ ὅτι & τοῦ διότι. Proinde illi alia est de-
onstratio potissima, & alia demonstratio τοῦ διότι.
d id discrimen jam in prioribus refutatum est, ut
oinde termini isti sint æquipollentes. Diciturque
tissima, ad indicandam prærogativam præ demõ-
ratione τοῦ ὅτι. Διότι autem dicitur, quia continet
ausam, cur affectio subjecto insit: Non autem in-
lligitur illa denominatio huic demonstrationi
ompetere, ratione conclusionis, ut in prioribus
ontra Ramum observatum est. Dicitur hactenus
atinè *demonstratio propter quid.* Et quia ex causa
rocedit; iccircò vocatur & *demonstratio à priori,*
uia causa est prior effectu, sicut illa altera demon-
stratio τοῦ ὅτι vocatur demonstratio *à posteriori*, qua-
tenus scilicet ea ex effectu procedit.

Cur dicatur potissima?

Cur διότι?

Porrò

28 Porro hæc demonſtratio dupliciter ab Ariſto-
Ariſtotelica definitiones demonſtrationis. le definitur. Altera definitio eſt. 1. *Poſt. cap.* 2
Ἀπόδειξιν λέγω συλλογισμὸν ἐπιστημονικόν, *Demon-
ſtrationem dico ſyllogiſmum ſcientificum.* Nempe ſic de-
monſtratio eſt ſyllogiſmus ſcientiam pariens. Al-
tera definitio eſt. 1. *Topic. cap.* 1. Ἀπόδειξίς ἐστιν, ὅταν ἐξ
ἀληθῶν καὶ πρώτων ὁ συλλογισμὸς ᾖ, ἢ ἐκ τοιούτων ἃ διά
τινων πρώτων καὶ ἀληθῶν τῆς περὶ αὐτὰ γνώσεως τὴν ἀρχὴν
εἴληφε, h. e *Demonſtratio eſt cùm ex veris & primis ſyllo-
giſmus conſtat, vel ex ejuſmodi, quæ à quibuſdã veris &
primis cognitionis ſui principium ſumſerunt.* Sumitur
hæc definitio etiam ex. 1. *poſt c.* 2. *ſeqq.* Ubi Ariſtote-
les docet. *d. c.* 2. § 6. Scientiam (quæ eſt demonſtra-
tionis effectus) ex primis & immediatis eſſe & no-
tioribus & prioribus & cauſis concluſionis. Eadem
autem ratio eſt ſcientiæ & demonſtrationis.

29 Et prior quidem definitio eſt ex effectu demon-
ſtrationis, qui eſt ſcientia. Eſt autem ſcientia ad-
quatus effectus demonſtrationis, ſi utrobique ter-
mini ſtrictè accipiantur, ſicut enim latè loquen-
do demonſtratio τοῦ ὅτι eſt demonſtratio ita etiam latè
loquendo parit ſcientiam, ut prius viſum eſt.

30 Altera definitio ſumitur à materia demonſtra-
tionis, tali, inquam, ex qua iſte effectus ſequi poſſit.
Ita enim materia inſtrumentorum ex fine ſumenda
eſt, ut Ariſtoteles docet. 2. *Phyſ. c.* 9. ſicut cùm ſerra
adhibeatur ad ſecandum, ubique non debet ex pa-
pyro vel ligno confici, & ſic in aliis. Materia autem
demonſtrationis, quæ ſcientiam efficere poſſit,
ſunt principia vera & immediata &c. prout ante
enumerabantur.

31. Cæterùm cùm ſeorſim poſteà agendum ſit de
materia & effectu demonſtrationis, ideò hic ple-
nius eas definitiones non perſequor, quæ
ſatis, ex dicendis intelligi
poſſunt.

TIT-

TITULUS IV.

DE MEDIO DEMONSTRA-*tionis.*

In omni syllogismo reperiuntur tres termini, 33
ajor minor & medius, Proinde id etiam est in
emonstratione. Est enim demonstratio species
ogismi. Illi aũt termini sunt iidem in demonstra-
ne & in scientia. Scientia n. est nihil aliud quam
bitus demonstrativus. Vid. 1. *post. c.* 4 *t.* 28. Utro-
ue igitur hæc tria sunt: Subjectum, principium
ffectio: Ut hactenus demõstratio sit nihil aliud
m argumentatio, affectionem de subjecto pro-
is per principium: Scientia autem sit nihil aliud
notitia alicujus passionis, per quod principiũ
ubjecto suo conveniat. Majus ergo extremum
Demonstratione est subjectum. Minus extremũ
affectio: Medius terminus est principium: Ita
cet Arist. 1. *post. c.* 7 *t* 57. *& c.* 10 *t.* 76. & alibi. De
igitur tribus terminis demonstrationis nunc
endum est, quæ ad eundum modum etiam in-
igenda sunt in scientia. Facio autem initium à
dio demonstrationis.

34 Porrò medium demonstrationis est tum com-
xum tùm incomplexum. Complexum est inte
propositio. Dicitur aliâs principium cogno-
ndi: De hoc loquitur Arist. 1. *post. c.* 2. *t.* 13. Princi-
m demonstrationis est propositio immediata.
hoc medio nunc non loquor, quia seorsim
lteà agam de propositionibus, quales in demõ-
atione esse oporteat, inprimis cùm nunc solùm
nsiderentur termini demonstrationis, qui non
bent esse integræ propositiones.

Medium demonstrationis complexum.

34 Cæterùm medium syllogismi semper sumendũ
t vel à prædicato vel à subjecto conclusionis, ut
ist. docet 2. *prior. c.* 27. An igitur ad demonstran-
dum

dum vel à subjecto vel à prædicato vel ab utroque medium petēdum sit, primò disceptatur; tùm è quo causarū genere id fieri debeat. Quæ utraq; quæstio à Zabarellâ *l. de medo demonst.* prolixiùs & accuratiùs, quā ab ullo alio Logico tractata est. Ego ac in re distinctas conclusiones propono quæ ad utramque quæstionem pertineant.

An medium demonstrationis possit esse definitio subjecti?

35. Hac in re 1. Dico. *Mediū demonstrationis potest esse definitio subjecti.* Hęc assertio opponitur Ægidio qui medium demonstrationis potissimę vult nunquā esse posse definitionē subjecti, nisi cū in definitione subjecti aliquod accidens ponitur, præter partes essentiales; ut sic ratione accidentis, definitio subjecti possit esse mediū demōstrationis Ita docet *l. 2. post. in q. de medio demonstrationis.* Patet aūt veritas assertionis. 1. ab exēplo. Omne rationale est capax disciplinæ. Omnis homo est rationalis. E. Omnis homo est capax disciplinæ. Hic mediū est *rationale*, quod est differētia & pertinet ad definitionē hominis. Et confirmatur. Quod id pōt esse mediū in demōstratione quod prę stat ut affectio subjecto inhæreat. At tale quid est essentia subjecti (quā definitio exprimit.) Ergo essentia subjecti, & per consequens definitio illius potest esse mediū bonę demōstrationis. Imò omniū nobilissimæ sunt demonstrationes hujusmodi, quæ mediū sumunt ab essentia subjecti, quia demōstratio eò est potior, quo mediū est indepēdētiùs. At essentia subjecti est independētior, quā quicquā mediū aliud esse possit, ut bene deducit. Colleg. Cō *l. 2. post q un.* 3.

36 *Quomodo intelligatur definitio subjecti esse.* Estq; adeò, ut ex dictis sequitur, observādum cùm Logici ajunt: Mediū demonstrationis esse subjecti definitionem, eas non intelligere id, sic, quasi tota definitio subjecti in demonstratione sit ponenda: Sed solùm hunc sensum habet, quod aliquid petitum

ens ad essentiam ac definitionem subjecti, pro medio sumi possit, inprimis forma & differentia quæ est potissima pars essentiæ & definitionis, ut etiam simpliciter dicatur rei essentia & definitio ab Aristot. l. 7. *Metaph. t.* 43.

An medium demonstrationis possit esse aliud, à definitione subjecti?

II. Medium demonstrationis non semper est essentia vel definitio subjecti. Hæc assertio opponitur Scoto, qui disputat medium demonstrationis semper esse essentiam subjecti. *l.* 2. *post. q.* 56. Eandemque sententiam tribuit Thomæ, Zabarella, *l.* 1. *de med. Demonst. c.* 2. Apparet autem falsa esse. 1. quia sunt aliqua attributa externa, h. e. quæ causam externam habent immediatam suę inhæsionis. Cum igitur omnis demonstratio debeat fieri per causam proximam, idcircò hæc etiã externa causa hic in demonstratione afferenda est. Essentia autẽ subjecti non est aliquid extraneum illi. Ita eclipsis lunæ non potest demonstrari per essentiam Lunæ, sed per aliquid extrinsecum, nempe interpositionem terræ inter Solem & ipsam, quo exemplo frequenter Aristoteles in doctrina demonstrativa utitur. Estque idem in exemplis aliis. Deinde sunt aliqua attributa quæ demonstrantur ex attributis prius demõstratis. Ista igitur per essentiam subjecti demõstrentur attributa prima, non tamen per essentiam subjecti demonstrari possunt illa remotiora attributa, quia in demonstratione potissima debet poni proxima causa. Forma autem istiusmodi attributorum causa non est nisi remota, & mediantibus accidentibus aliis, sicut demonstratur de igne varitas & levitas non per essentiam ignis, sed per calorem. Sic de Sole ostenditur vis exiccandi, per hoc quod habet vim calefaciendi. Et vis calefaciendi demonstratur per vim illuminandi. De luna tale luminis incre-

37.

Demonstratio per externam causam.

Demonstratio attributorum per attributa prius demõstrata. [2]

mentum demonstratur non per essentiam lunæ, sed per ejus rotunditatem *l.1.post.c.10*. Et in Metaphy frequens est, non per essentiam Entis, sed per attributa prius demonstrata demonstrare, Confe Suarez, *disp.3.Metaph.q.3 n 7.*

An & quomodo medium demonstrationis t definitio affectionis.

28 III. *Medium demonstrationis potest esse defiti affectionis, imò id semper est.* Hoc est quod dico, uod etiam subjecti essentia vel definitio nō sit medium demonstrationis, nisi in quantum ipsa pertinet ad definitionem affectionis. Semperque adeò definitio affectionis , sive majoris extremi, est medium demonstrationis. Et patet, quia in demonstratione non intenditur scientia subjecti sed passionis. Ergo hujus causa quærēda est, quæ scilicet faciat an passionem suo subjecto inesse. Ergo per accidens est ad demonstrationem, cum ea procedit ex e entia subjecti, quia fieri potest ut secus sit, ut im æ. eed. assertione visum est, & solùm contingit id e in casu, si affectio demonstranda fluat ex essentia b. jecti, atque adeo essentia subjecti sit causa affectio. nis. Ita de homine demonstratur capacitas d ci. plinæ per animam humanam, quia anima humana est causa efficiens per emanationem ipsius capaci. tatis disciplinæ.

29 Est tamen observandum , quod in propo to theoremate non intelligatur tota definitio, sed o. lùm aliquid pertinens ad ejus definitionem , u in simili erat de definitione subjecti. Nam comp ta definitio accidentis fit ex genere subjecto & ca a, ut Zabarella docet. *l.4.de method.c.14.* Hujus e o definitionis pars, nempe causa ejus, debet poni o medio cujusque demonstrationis, non autem t a ac-

accidentis definitio. Confer Averroëm *lib.* 1. *post.* *comm.* 64. Et Zabarellam *l.* 1. *de med. demonstrat.* *cap.* 21.

Atque hactenus prior quæstio, quæ de medio demonstrationis esse solet, est expedita. Nunc & pergendum est ad alteram.

E quo genere causarum sumatur medium demonstrationis?

In primis demonstratio est syllogismus scientiā 40
pariens, ut Aristoteles definivit, 1. *post. c.* 2. §. 5. Scire autem est per causam cognoscere. 1. *post. c.* 1. *&* 10. & aliàs passim. Proinde ad omnem demonstrationem requiritur causa. Cùm autem, ut visum in præcedentibus, non subjecti sed affectionis cognitio, quæratur per demonstrationem. Iccircò etiam causa illa non debet æstimari per ordinem ad subjectum, sed per ordinem ad affectionem, ut interpp. hanc rem persequuntur. Ego hanc rem pergam complecti, ulterioribus assertionibus.

An demonstratio semper postulet causam rigidè sic dictam?

IV. *Non omnis demonstratio fit ex causa rigidè lo-* 41
quendo h. e. quæ sit propriè dicta efficiens vel materia vel *Attributa*
forma vel finis. Ita apparet inprimis in attributis di- *divina non*
vinis. Illa enim de Deo cognoscuntur scientificè & *demonstrā-*
proinde per demonstrationem (secus enim de illis *tur per cau-*
nulla scientia, & proinde nec Metaphysica ageret) *sam.*
tamen attributorum divinorum nulla istiusmodi causa est, quia divina attributa habent realem identitatem ad essentiam divinam. Essentia autem divina est à se, & independens & proinde nullam supra se causam habet.

Idemque est in Attributis Entis transcendenta- 42
libus. Hæc demonstrantur utique de Ente. Secus *Nec attri-*

scendentalia. enim non esset eorum scientia: Et tamen non p[illegible] sunt ullam propriè dictam causam habere, qu[illegible] illa attributa transcendentalia ut sic præscindu[illegible] à creato & increato, & consequenter indiffere[illegible] ter reperiuntur in rebus creatis & increatis. A[illegible] causam veram & propriam haberent non posse[illegible] reperiri in increato, quod neque sui neque suoru[illegible] attributorum causam habere potest.

24 Et confirmatur quod hæc ipsa transcendenta[illegible] attributa, sunt Dei attributa generalia. Unde si[illegible] attributa q. specifica Dei, nullam causam habe[illegible] per quam de Deo demonstrentur: Ita etiam est[illegible] attributis generalibus.

Denique probatur assertio hæc exinde, q[illegible] medium demonstrationis potest habere cum M[illegible] jori extremo h. e. cum affectione realem identit[illegible] & solùm distinctionem virtualem, ut utroque [illegible] emplo attributorum divinorum & transcend[illegible] talium patet, & docent ex Cajetano Conimbric[illegible] ses, ex *l. 2 post. q. unic. art. 3. p.* 732. At inter veram [illegible] ficientem &c. & effectum non satis est dist[illegible] ctio virtualis, sed requiritur distinctio realis, c[illegible] nihil possit seipsum producere.

43 *Principia incomplexa in demonstrationibus duorum generum.* Atque hinc fit, ut principia incomplexa quæ [illegible] scientiam & demonstrationem requiruntur, [illegible] nantur esse duorum generum. *Alia* nempe s[illegible] veræ causæ, alia autem solùm sunt rationes, c[illegible] concipiuntur ut causæ passionum, veram tan[illegible] rationem causæ non habent, sed ad summum s[illegible] principia, ex quibus passiones demonstran[illegible] & sciuntur de subjecto, ut proinde sit ad ra[illegible] nem scientiæ & demonstrationis, sive hujus[illegible] ve illius generis principia habeantur: Ita [illegible] cet Cajetanus. 1. *post. cap.* 2. Et sequuntur Sua[illegible] *in Metaphysic. disput.* 1. *s.* 1. *num.* 27. *& sect.* [illegible]

n[illegible]

num. 37. & disput. 12. in procemio. Colleg. Conimbr. 1. post. c. 2. q. 1. a. 2.

44 *Objectio cōtra istas incomplexas rationes.*

Sed *objicitur*, quod Aristoteles dixit: *Scire est rem per causam cognoscere*. Istæ autem rationes incomplexæ, quæ dicebantur, non sunt causæ. Ergo non sufficiunt ad scientiam. Ergo nec ad demonstrationem. Et *confirmatur*, quod Aristoteles, cùm dixisset. 2. *post.* c. 11. Scire est rem per causam cognoscere, statim subdit: *Causæ verò sunt quatuor*, indicans, causam, quæ ad scientiam requiritur, ex illo numero sumi debere.

45 *Solvitur.*

Respondeo: Vocem causæ aliquando latè sumi, ut idem quod principium. Ita Arist. l. 12. *Metaph.* c. 2. privationem vocavit causam, & Nazianz *in orat.* ... & 35. Damascenus. l. 1 *de Orthod. fid.* c. 8. 9. Et alii, qui patrem vocant causam filii, ubi causa nihil aliud est quam principium. Omnis igitur scientia est per causam, vocem causæ sumendo in tanta amplitudine, h. e. est per principium. Et præsentius huic exemplum est, quod divina essentia dicitur causa divinorum attributorum. Ita August. *l. 7. de Trin.* ... ait essentiam divinam esse *causam*, cur Deus sit sapiens. Vide plura apud Fonsec. *l. 5. Metaph.* cap. 1. ... *f.* 2.

Causa aliquando est idem quod principium;

46. *Respondetur confirmationi;*

Deinde: Aristoteles Demonstrationem declarat per causas rigidè dictas, non quod secus esse nō possit demonstratio potissima, quam vocat, sed quod ista sit & usitatior, & fortè nobilior, quæ est ex veris causis, quia ibi termini magis distincti sunt quàm in alterius generis demonstrationibus, ubi singuli termini habent realem identalitatem.

Ex quibus causis in particulari possit sumi medium demonstrationis?

Potest sumi ex omnibus causis.

46 V. *Ex omnibus causis potest sumi demonstratio lo-quendo de iis materialiter & indifferenter ad subjectum & passionem.* Ita patet. Nam de *efficiente* quidem & *fine* est indubium, & ex dicendis constabit. De *ma-teria* etiam patet. Nam per eam demonstrari po-test de corpore quantitas & potentia passiva. De *forma* similiter. Per eam enim demonstratur de eo-dem corpore potentia activa, idemque est in par-ticulari, loquẽdo de formis, veluti forma hominis, bestiæ, plantæ, &c.

47 Dixi *materialiter loquendo*, h.e. loquendo de iis entibus, quę substernuntur his denominationibus, ut sint forma vel materia. Aliâs enim in demonstra-tione materia & forma non sustinent officium ma-teriæ & formæ, ut patebit.

Dixi etiam *indifferenter loquendo*, &c. quia mate-ria & forma ponuntur in demonstratione, non ut materia & forma passionis, sed per ordinem ad sub-jectum.

Aristotelis hac de re doctrina.

48 Faciuntque huc exempla Aristotelis 2. *post.* c. 11. Eodem modo ait. 2. *Phys.* c. 7. Physicum per omnia causarum genera demonstrare. Atque sic etiam Metaphysica dicitur demonstrare per materiam h.e. per ens illud, quod sit materia. Esto officio ma-teriæ alias in demonstratione non fungatur. Vide Suaretz. *disp.* 1. *Metaph.* *s.* 5. *n.* 41. & adde Soncin. 4. *Metaph* q 15.

Quomodo materia & forma veniant ad demonstrationem?

49 VI. *Materia & forma non sunt medium demon-strationis rigidè & accuratè loquendo.* Ita patet. Nam demonstratio non ordinatur nisi ad cognoscendam passionem. Ergo causalitas, quæ est in medio, debet sumi (non per ordinem ad subjectum, sed) per or-dinem ad majus extremum sive passionem. At cum me-

materia vel forma, vel (particulatim) anima, ex prioribus demonstrationibus referuntur ad passionem, tùm non rationem materiæ vel formæ sed efficientis per emanationem habent. Idemque est in aliis exemplis. Ergo simpliciter non pertinent ad demonstrationem, ut materia & forma, sed ut induunt rationem efficientis causæ.

Objicitur : Etsi forma sit efficiens passionum, ut proinde ipsa rationem efficientis sortiatur, cùm ad- 50 *An materia*
hibetur ad demonstrandum, tamen id non posse es- *possit sumi*
se de materia. Nam materiæ nulla convenit actio. *ut efficiens*
At cui non convenit actio, id non est efficiens, *in demon-*
quia efficientis propria causalitas est actio. *stratione.*

51 *Respondeo*: materiæ non convenit actio famosè dicta, h.e. ea quæ est per transmutationem, quæ famosè solùm solet intelligi sub nomine actionis. Interim tamen ipsi convenit actio per emanationem, quod ad rationem efficientis, & consequenter ad hoc, ut materia possit eatenus esse medium demonstrationis, satis est.

De efficiente & fine.

52 VII. *Medium potissimæ demonstrationis, è causis sumptum, est vel efficiens vel finis.* Ita docet Aristot. 2. *post* c. 11. Et de efficiente quidem declarant exempla demonstrationum hactenus propositarum. De fine etiam patet per exempla Aristot. *d. l.* cum videlicet probatur, post cœnam deambulandum esse, ut curetur sanitas. Hujusmodi demonstrationes plurimæ reperiuntur apud Galenum *in lib. de usu partium*, & Arist. *l. de part. animal.*

53 Sed *Objicitur*: Efficientem & finem causare rem, sed solùm per ordinem ad existentiam. At scientiæ abstrahunt ab existentia: Et connexio illa, quæ est inter subjectum & passionem similiter est absoluta ab existentia.

54 *Solvitur.* *Respondeo.* Etsi scientia non consideret existentiam sui subjecti vel passionum in illo q. in actu exercito, considerat tamen eam in actu signato, quomodo subjecto suo & passionibus illius convenire possit. Atq; ad hoc adhibentur demonstrationes per istas causas. Vide Suarez. *disp.* 1. *Metaph. s.* 4. *n.* 39. & Colleg. Conimb. 1. *post. c.* 2 *q.* 3. *a.* 1. & 3.

55 *In demonstratione debet poni causa proxima.* VIII. *Causa illa quae ad demonstrandum adhibetur debet esse proxima.* Ita patet quia causa remota conjuncta cum passione in propositione majore non efficit propositionem immediatam. Demonstratio autem requirit majorem immediatam. Et confirmatur, quod argumentatio per causam remotam solùm est demonstratio Quia, non propter quid, per Arist. 1. *post. c.* 10. Debetque ea non esse proxima in suo genere, sed simpliciter, eâdem de causa. Cōfer pluribus Colleg. Conimb. 1. *post. c.* 2 *q.* 1. *a.* 3. & Zabarellam *l. de spec. demonst. c.* 21.

TITULUS VI.

DE MINORI EXTREMO, SIVE SUBJECTO DEMONSTRATIONIS.

56 Dictum est supra, quod in omni demonstratione detur subjectum, passio principium sive medium demonstrationis. Postquam ergo de medio demonstrationis hactenus actum est, nunc etiam dicendum est *de subjecto demonstrationis.*

57 *Cur dicatur subjectum. Cur genus.* Et vocatur quidem *subjectum*, quia id habet rationem ad affectionem demonstrandam. Ab Arist. 1. *post. t.* 57 & 76 vocatur *genus*, nō quod omne subjectum demonstrationis habeat species, ut falsò aliqui opinati, & refutati sunt, à Zabarella *lib. de sub. praecog. c.* 2 sed vocem istam accipiendo, pro genere physico,

58. *Conditiones subjecti.* Atq; hujus subjecti conditio *prima* est, ut sit Ens. Non Entis enim sicut nulla est scientia, ita de eo nulla est demonstratio, Vid. 1. *post. t.* 10.

Dei de-

Deinde: subjectum demonstrationis debet esse 59
quid necessarium. Ita habet Arist. 1 *post c.2.t.8. & c.* 3. *t.* 28. & *lib. 6. Ethic. c.* 3. Et ratio est, quia scientia non est nisi de necessariis, ut habetur iisdem locis. Est tamen illa necessitas non unius modi sed latè ea sumenda est. Nam inprimis etiam ex disciplinis Practicis potest sumi subjectum, de quo aliquid demonstretur, ut in progressu apparebit. Et tamen disciplinæ Practicæ agunt de contingentibus. Sed de hoc etiam postea erit ad doctrinam de scientia.

TITULUS VII.

DE MAIORI EXTREMO, SIVE DE *re demonstrabili.*

60

Quidnam sit demonstrabile, nunc est exponendum: de quo non est idem modus loquendi apud omnes Arist. 1. *post t.* 57. *Affectiones* inquit, *& per se accidentia declarat demonstratio.* Unde vulgò inferunt Doctores, non substantiarum sed accidentium esse demonstrationem. Vide Zabarellam *ad hunc cont. fol.* 755. *& lib. de trib. præcog. c.* 9. *& l. 2. post. ad t. 6. fol.* 1051.

Variæ sententiæ.

Alii tamen aliter tractant hanc rem. Ita Colleg. 61
Conimb. 1. *post. c.* 1. *q.* 3 *a.* 4. docet, etiam in demonstratione aliquando concludi partem essentialem & probari unam definitionem per aliam, & non semper veram passionem.

An attributum demonstrandum semper sit accidens prædicamentale.

Hac in re dico. 1 *Majus extremum* (*sive rem demõstrabilem*) *non semper esse de prædicamento accidentis.* 62
Ita patet, quia ut prius visum est, de Deo demonstrantur attributa divina: Et de Ente attributa tran-

scendentalia: Et nihilominus neque attributa divina, neque transcendentalia sunt accidentia, ut e Metaphysicis, prout ibi demonstratum est, suppono.

Prædicatum demonstrabile aliquando esse substantiale.

Ex quibus exemplis id etiam infertur, quod s demonstrabilis aliquando sit substantia. Cùm enim attributa divina, veluti omnipotentia, omniscientia, infinitas &c. habeant realem identitatem ad essentiam divinam, iccircò non sunt accidentia sed substantia sunt, sicut ipsa divina essentia.

63 *Objectio.*

Sed *objiciuntur* præmemorata verba Aristotelis ex 1. *post. t.* 57. τρίτον (ἐν τῇ ἀποδείξει) τὸ γένος τὸ ὑποκείμενον, οὗ τὰ πάθη, καὶ τὰ καθ' αὑτὸ συμβεβηκότα δηλοῖ ἡ ἀπόδειξις, h. e. *tertium* (in demonstratione) *est genus subjectum, cujus affectiones & per se accidentia demonstratio declarat.*

64 *Solvitur.*

Respondeo 1. vocem passionis & accidentis, aliquando generaliter accipi, ut omne attributum dicatur accidens & passio, esto id non sit ex prædicamentis accidentium, quomodo etiam ea quæ dicimus attributa vocari solent passiones vel affectiones & accidentia.

Attributa divina dicuntur accidentia.

Ita Cyrillus *lib.* 11. *Thes.* divina attributa vocat *accidentia*, quia accidentium modo concipiantur. Enunciantur enim de Deo Paronymicè, sicut accidentia de subjectis. Atque in hâc amplitudine vox accidentium in superioribus verbis Aristotelis accipienda est.

Deinde: Si vocem accidentis accepit Aristoteles strictiùs, ad significandum accidens prædicamentale, ut videtur Zabarellæ dictis locis, tùm dicendum est, Aristotelem declarasse terminos demonstrationis, illius solùm, quæ esset usitatior & vulgatior, prout etiam in prioribus de medio demonstrationis ostensum est. Nam inprimis evidentim

umest in istis exemplis , quæ allata sunt, ad ra-
onem demonstrationis nihil deesse. Et tamen ibi
on demonstrabatur accidens.

An prædicatum demonstrabile semper sit adjunctum proprium.

II. *Majus extremum non semper est attributum vel* 65
djunctum proprium, nedū proprium quarti modi. Prius
atet, quia attributa propria semper consequuntur
d essentiam subjecti. Demonstratio autem potest
jam eorum esse, quæ non fluunt ab essentia subje-
i, sed quæ causam ab essentia subjecti extrinsecā
bent, sicut utiq; de Luna demonstratur eclipsis,
uæ ipsius proprietas non est.

Atque ad hunc modum Aristoteles. 2. *post. c.* 1. *t.* 6. 67
ocet, etiam prædicata ea demonstranda esse, *Quomodo*
uæ sunt per accidens: Ea, inquam, quæ sunt per *demonstra-*
cidens ratione subjecti, certam interim causam *tio dicatur*
bent, ut ejus ratione per se sint, ut Zabarella *ad prædicatorū*
c. docet, & 1. *post. cap.* 24. *t.* 181. Colleg. Conimb. *in per accidēs*
roœm. 1. *Phys. q.* 2. *art.* 4 P. Hispa. *comment. tract.* 6.
opu. Log. fol. 226.

Deinde etiam demonstrantur quandoque actio- 67
es, quæ utique non adjuncta, sed effecta sunt. Ita *Etiā actio-*
cintillatio est majus extremum in demonstratio- *nes demon-*
e aliquā Aristotelis. 1. *post. c.* 10. Et tamen scintil- *strantur:*
atio utique est actio. Et confirmatur, quod demō-
tratio τοῦ ὅτι, quæ est ab effectu, per transpositionē
erminorum sit demonstratio τοῦ διότι. ut Aristote-
es *ibid.* docet. Ergo effectus, qui in demonstratio-
ne τοῦ ὅτι est medius terminus, potest fieri in de-
monstratione τοῦ διότι majus extremum sive res de-
monstrabilis. Ergo non semper adjunctum pro-
prium sed etiam effectus proprii demonstrari
possunt.

68 Atque hinc à fortiori sequitur, altera pars su-
rioris assertionis. Si enim Majus extremum nō se-
per est adjunctum propriū. Ergo multò minus se-
per est proprium quarti modi. Et cōfirmatur, qu[od]
etiam proprietates generales possint demonstr[ari]
de specie, veluti facultas sensitiva de homine. Et[si]
nim tales demonstrationes non soleant ferè in sc[ien]-
tia fieri, sed de primo subjecto, quia satis per illa[m]
unam demonstrationem, de primo subjecto fact[am]
adipiscimur scientiam corūdem de aliis specia[li]-
ribus subjectis, ut docet Zabarella 1. *post.t.37.fol.*
tamen absolutè non repugnat huic argumentati[oni]
natura & ratio demonstrationis propriæ. Sicu[t]
Arist. *dicto l.* 1. *post. t.* 37. ait demonstrationem qu[æ]
per se esse hujus universalis (loquitur de primo su[b]-
jecto) aliorum tamen esse quodam modo, & nō [per]
se. Proprietates autem generales non sunt, in [or]-
dine ad speciem proprietates quarti modi.

Prædicatum demonstrabile nō semper est proprium quarti modi.

De attributis quidditativis an sint demonstrabilia?

69 III. ***Attributa quidditativa non possunt dem[on]-
strari.*** Ita patet, quia attributa quidditativa, s[unt]
immediata, confer Zabarellam. *l.* 4. *de Method.*
p. 290.

Generalis decisio propositæ quæstionis.

70 IV. ***Ea attributa sunt demonstrabilia, quæ hab[ent]
causam efficientem vel finem, vel alioquin incompl[exum]
principium unde probari possit de subjecto demonstra[tio]-
nis.*** Hæc assertio ex dictis satis liquida est, ut n[on]
opus sit alia addere.

TITULUS VII.

DE PROPOSITIONIBUS, QUÆ DEmonstrationem ingrediantur.

Ut Aristoteles constitueret, quales propositio[nes]
debe[ant]

beant esse in propositione, ideo exposuit, gradus
s necessitatis in propositionibus, quales sunt κατὰ
ντὸς, καθ' αὐτὸ, & καθόλου πρῶτον. Quia tamen isti
nt gradus necessitatis, simpliciter stando in pro-
sitione, & cùm etiam sunt extra demonstratio-
m, ideo isti sunt expositi, dividendo propositio-
m in necessariam & contingentem. Indeque istos
n ad rem, ne hic acta agam, omitto.

Præsertim cùm etiam non semper, propositio- 72
s demonstrativæ sint comprehensa istis gradib. *Non omnes*
cessitatis, ut fatetur Zabarella exemplo earum *demonstra-*
monstrationum, in quibus affectio demõstratur *tiva proposi-*
r causam externam, veluti Eclipsis de Luna per *tiones su-*
erpositionem terræ. Neque enim Luna & obje- *muntur ex*
o terræ (ex quibus terminis fit assumptio hujus *gradibus*
monstrationis cohærens per se. Vide ipsum *lib.* 2. *necessitatis.*
propos. necess. *r.c.*17.

Idem est de negativis propositionibus, quæ ex- 73.
luduntur à gradib. necessitatis, & tamen reperiun-
r in demonstrationibus. Veluti est ista qua proba-
r Planetas non scintillare. 1. *post.* c. 10. Et adde Za-
rellam. *l. de spec. demonst.* c. 3. & Arist. 1. *post.* c. 25.

Solent etiam illæ propositiones, ex quibus pro- 74
dunt demonstrationes vocari *principia*, & *digni-*
tes, unde hic à Logicis solet doctrina principiorũ
ognoscẽdi) tractari, sed hanc rem similiter jamdũ
Metaphysicis tractavi, ad complendam doctrinã
rincipiorum. *l.* 1 *Metaph.* c 19. *n.* 60. *seqq.* proinde hic
olùm tractabo illas conditiones propositionum
starum, quæ ad hanc rem specialiter de illis propo-
tæ sunt. 1. *Topic.* c. 1. & 1 *post.*

I. *Demonstratio est ex veris.*

Ita est. 1. *post.* c. 2. §. 5 & 1. *Topic.* c 1. § 4 Et patet. 75.
Demonstratio enim efficit scientiam, Scientia autẽ
non est ex falsis assertionibus. Et est per se evidens,
quia

ratim loquendo, omnis bonus syllogismus, cui ni-
hil desit, debet præter bonitatem consequen-
habere etiam præmissas veras. E. à fortiori id es
syllogismo demonstrativo.

II. *Demonstratio est ex primis & immediatis.*

76 Est apud Arist. *ibid.* Sunt autem hæc vocabula
mninò æquipollentia. Ita enim statim Aristote
unum per alterum exponit. 1. *post. c.* 2. § 10. *Ex prin*
inquit, *est nihil aliud, quàm è propriis principiis. Id*
enim voco primum & principium. Et subdit. *Est aut*
demonstrationis principium propositio medio vocans.
verò medio vocat quâ nulla est alia prior.

77 Cæterùm hanc ad rem. 1. observandum est, qu
illa primitas & immediatio non sit uniusmo
præsertim cùm purè loquendo ac formaliter, n
omnis demonstratio procedat ex primis princip
Aliâs enim non darentur demonstrationes ex
fectionibus prius demonstratis, quod frequen
fieri prius constitutum est.

Non semper demonstratio est ex primis principiis.

Dicendum ergo: omnem demonstrationem e
ex primis & immediatis, vel formaliter, vel virt
liter: Illud est, si sit ex simpliciter primis: Hoc v
est, si sit ex iis, in quorum virtute & capacitate p
ma principia continentur, ut exponit Colleg. C
nimb. 1. *post. c.* 2. *q.* 2 *art.* 3. Atque hoc est, quod Ar
1. *Top. c.* 1. ait disiunctivè: Ex primis vel ex ejusm
quæ à quibusdam veris & primis suæ cognitio
originem sumpserunt.

An etiam assumptio in demonstratione debeat esse immediata?

78 Deinde est observandum: quod hic Aristote
dicit: *Demonstrationem* (numero singulari) esse
immediatis & primis (numero plurali) unde vide
in I.

Zabarellæ sententia.

n Demonstratione postulari, quod utraque ejus
ræmissa debeat esse immediata.
Nihilominus Zabarella *l. 1. de med. demonst. c. 17.*
8 docet: satis esse ad demonstrandum, si propositio
major sit immediata (etsi sit demonstratio nobilior
idsit de utraque) & ratio est, quia propositiones
icuntur causæ conclusionis, non nisi, quia medius
rminus est causa majoris extremi, quod in con-
usione prædicatur. Nec aliâ ratione, propositio-
es demonstrationis debent esse immediatæ, nisi
uia medius terminus est immediata & proxima
usa majoris extremi, quùm demonstratio solam
spiciat majoris extremi cognitionem. Quoniam
itur major propositio ex medio & majore extre-
o conflatur, immediatam eam esse necesse est.
uia si non est accepta proxima causa, in illa pro-
ositione, statim non est demonstratio τῦ διότι, de
ua hîc agitur, sed τῦ ὅτι. Si autem proxima causa
cepta est, jam eo ipso est immediata.

Cur propositio debeat esse immediata?

Assumptio autem sive minor propositio, con- 79
at ex medio, & minore extremo. In demonstra-
one autem non sumitur medium, propter minus
tremum. Sive ergo medium, cum illo majori ex-
emo disponatur immediatâ propositione, sive
cus, ad demonstrationem perinde est.

Cur Assumptio non sit necessariò immediata?

Quod igitur Aristoteles utramque præmissam 80
Demonstratione, per verba superiora, vult esse
mmediatam; id eò factum docet Zabarella, quia
quatur Aristoteles ibi de demonstratione τῦ διότι,
uæ sit intra hoc demonstrationum genus excel-
entissimi ordinis, qualis est, quàm Averroes voca-
it demonstrationem potissimam & simplicem, &
rocedit ex utraque præmissa immediata. Sunt e-
im istæ solùm περιφεράζεις principiorum. Proposi-
io autem minor cum est mediata, non tàm est
rincipium quàm conclusio.

Cur Aristoteles utramque di it immediatam?

Possunt

81 Possunt & verba illa permissivè intelligi, cùm aliquando demonstratio sit ex utraque immediata. Sicut & Arist. 1. *Top. c.* 1 Syllogismum Dialecticum dicit esse ex probabilibus, cùm possit esse ex altera tantum probabili, ut Fonseca docet *l.* 7. *Inst.* & res ipsa satis clara erit ex sequenti capite.

III. *Demonstratio est ex notioribus.*

82 Ita dicitur prius dictis locis, & l. 6. *Ethic. c.* 3. Notius autem Aristoteli est duplex, naturâ & nobis 6. *Top. c.* 3 5. *Metaph. c.* 1. & inter alios locos. 1 *post t.* ubi utramque notioritatem, ut sic mihi loqui liceat, assignat præmissis demonstrationis, quod & Averroes fecit. 1. *post. comm* 22.

Demonstratio est ex notioribus naturâ. Igitur Demonstratio est ex notioribus naturâ, quia continet ejus præmissæ causam majoris extremi. Causa autem est naturâ notior effectu.

Et notiorib. nobis. Rursus demonstratio est ex notioribus nobis, quia est Instrumentum intellectus, ad acquirendam notitiam alicujus prius incogniti. Ad notitiam autem rei incognitæ non possumus devenire, nisi ex iis, quæ prius nobis incognita fuerunt.

83 ***Objectio.*** *Dices*, opponi hæc: Notius naturâ & notius nobis. Si ergo præmissæ demonstrationes sunt notiores naturâ, non sunt notiores nobis. Et vice versa.

Respondeo: ordines istos notioris, opponi, in cognitione confusa: sed in cognitione distincta coincidunt. Ibi nempe quod est notius nobis, est etiam notius naturâ. Vide Zabarella. 1. *post. ad t.* 1 *fol.* 665. Arnisæum *in Grell. part. prop. l.* 1. *cap.* *p.* 548. Et prolixè Colleg. Conimb. 1. *post. cap.* 2. *q.* *art.* 4. 5 6.

IV. D

IV. *Demonstratio est ex prioribus.*

Est *ibid.* Et sequitur ex prioribus. Ex iisdemque 84
elligitur. Est, inquam, demonstratio ex natura
tioribus, ut prius constitit. Ergo est ex prioribus
nitione & ex prioribus naturâ. Utrumque enim
us prioritatis continent ea, quę sunt natura no-
a.

Prioritas tamen naturæ, nunc non intelligenda esse ea, quâ quid à parte rei, & quasi in natura d antecedat. Hoc enim toties non est quoties lium habet realem identitatem cum majori ino (quod fieri posse ostendunt attributa scendentalia & divina.) Dicendum ergo est: de- nstrationem esse a naturâ prioribus h. e. istius- di assertionibus, & ex tali medio, quæ saltem bis ita concipiatur, ac si sint antegredientia .

Qualis hæc sit prioritas naturæ.

V. *Demonstratio est ex causis conclusionis.*

Habetur *ibid* Et similiter in prioribus contine- 85
Et hinc hunc conditionum numerum contra-
Zabarella *l. de spec. demonst. c. 2.* 86

Cæterùm fi il æ propositiones, ex quibus confie- ebeat demonstratio particulariter determi- dæ sint: Propositio major debet continere cau- n sive principium & affectionem demonstran- m (ut, *omne rationale est capax disciplinæ*) Assum- o debet habere subjectum passionis, & causam iorem (ut: *Omnis homo est rationalis.* Inde ergo fiet conclusio, cujus minus extremum sit subjectum, & majus extremum sit passio, (ut: *Ergo homo est capax disciplinæ.*

TITU-

TITULUS VIII.

DE EFFECTU DEMONSTRATIOnis, qui eſt ſcientia.

87 Demonſtratio definitur habitus ἐπιστημονικ*, h. e. ſcientificus vel ſcientiam pariens, apud Ariſt. 1. *poſt. c.* 1. Effectus ergo demonſtrationis eſt ſci tia. Indeque Ariſtot. 1. *poſt.* aliquot capp. de ſcien tractat. Proinde hac de re neceſſariò aliquid no conſtituendum eſt. Et *primò* quidem ago de v ſcientiæ, *túm* de ejus definitione.

ARTICULUS I.

De nomine ſcientiæ.

88 Igitur ut à nomine incipiam, obſervandum e
Ambiguitas vocem ſcientiæ ambiguè dici. Atque ita pri
in voce ſci- ſcientia opponitur ignorantiæ. Et ſic dicuntu
entia. mnia illa ſcita, quæ non ſunt ignota. Et conſequ ter, ſcientia, ſic ſumpta comprehendit etiam quæ ſunt cognita per fidem vel opinionem, quib aliâs ſcientia contradiſtinguitur. Ita Jobus *c.* 19 25. dicit. *Scio*, quod redemptor meus vivit. Et tam utique non ſciebat, notitiâ per demonſtration acquiſitâ, ſed per aſſenſum ad divinas promiſſion Ad hanc ſignificationem ait Juſtinus Martyr *Tryphon. fol.* 30. *Qui*, inquit, *artem aliquam nov* ſciens *vocatur*, æque in divinis & humanis bus.

89 *Deinde*: ſcientia distinguitur contra opinione
Quid ſit quorum multa diſcrimina annotavit Ariſtot. 1. *p*
ſcientia in *c.* 26. Eſtque tum ſcientia, notitia certa & infalli
diſtinctione lis: opinio, autem (comprehendendo ſub ea, fide
ab opinione. humanam, quæ alias ab opinione diſtingui ſol eſt habitus inclinans ad aſſentiendum, vel ex t minis, vel ob probabilem rationem, vel ob fide dicentis, cum formidine tamen partis oppoſit

I

prolixè quidem de scientia & opinione sic sumi-
, per aliquot qq. agunt Conimb *ad 1 post. cap* 26. qui-
bus adde Piccolom *in Eth. grad.* 5 *c.* 10 Zabarella.
st ad cont. 194. & Scalig. *Exerc* 307. *s.* 31.

Opinio quid.

Tertiò, distinguitur scientia à fide, ἐπιςητὸν à πιςῷ. 90.
quetùm, cùm conveniant scientia & fides in in-
ibilitate & certitudine, differunt tamen, quòd
ntia est notitia evidens. Fides verò est notitia &
nsus sed inevidens, quod Apostolus expressit,
r 11. v. 1. cùm fidē dicit esse μὴ βλεπομένων, sive eo.
quæ non videntur, vel quod idem est, quæ *non
evidentia*. Quamquam aliâs etiam vocabulum
extenditur ad ea, quæ sunt evidenter cognita,
lùm dicuntur credita, quatenus assensus ad ea,
ropter anthoritatem dicentis. Atque his con-
enter non repugnat, ut simul etiam sciantur.
cimus: Deum esse bonum & justum & omni-
entem & immortalem, per idoneas demonstra-
ies. Et credimus eadem, quia ita Deus in scri-
is revelavit.

Scientia & fidei discrimen.

Aliquando scita possunt esse credita.

V. Scientia sumitur κατ᾽ ἀντονομασίαν. Idque bi- 91.
am, nempe prout vel de solis Disciplinis specu-
vis usurpatur: vel etiam prout sumitur pro sola
itia τοῦ διότι. Sicut enim demonstratio sumitur
excellentiam de demonstratione potissima. Ita
m etiam est de scientia. Atque ad hunc modum
ic (ut interim alias significationes mittam) de
ntia sermo est. Agitur enim de effectu demon-
ationis potissimæ. Atque ita etiam non est sermo
scientia ut comprehendit integrum aliquod sy-
stema disciplinæ, sed solùm quatenus dicit no-
titiam alicujus conclusionis, ut
statim ex dicendis ap-
parebit.

Scientia κατ᾽ ἀντονομασίαν dicitur bifariã.

R ARTI-

ARTICULUS II.

De definitione scientiæ.

92 **Definitiones Aristotelica.** Aristot. 1.*post.* *cap.* 2. ita definit: *Scire putamus unumquamque rem simpliciter non sophistico modo, est, ex accidenti, cùm putamus causam cognoscere, propter quam res est, ejus rei causam esse, nec posse eam aliter se habere. Constat igitur tale quippiam esse id scire.* Et rotundiùs, *l.* 6.*Eth.* *c.*3. ἐπιστήμη ἐστὶν ἕξις ἀποδεικτική. *Scientia est habitus demonstrativus.* Et po... *Cùm rem ita esse quodammodo credit aliquis, & ... sunt ei principia, tùm scire dicitur.*

93 **Exponitur ea definitio.** Ita nempe summatim scientia est nihil al... quàm notitia alicujus conclusionis acquisita ... causam.

Dicitur *conclusionis*, ad differentiam ab intelligentia. Ea enim est habitus non conclusionum ... principiorum.

Per causam. Ad distinctionem notitiæ illius, quæ est per fidem, ea enim non est per causam, sed ... testimonium Dei dicentis. Et dicitur quidem ... gulari numero per *causam*, quia etsi res à pluri... causis pendeat, & proinde per plures causas cog... sci possit, tamen una solùm est, quæ gignit scientiam, nempe ea, quæ est proxima & adæqua... Hæc enim sola ad demonstrandum pertinet, ... prius visum est, & confer Colleg. Conimb. *l.* 1. *post.* 2 *q.*1.*a.*3. & Zabarel. *l. de spec. demonst.* *c.*21. *l.*2. *de me. demonst.* *c.* 10. & aliâs.

94 Et vox quidem causæ, hîc sumenda est æquip... lenter ad principium. Sicut & de demonstratio... dictum & probatum est, in puncto de medio de... monstrationis *assert.* 4. Nam quod sufficit ad de... monstrandum, idem quoque sufficit ad faciendam scientiam, quia demonstratio efficit scientiam.

Quo...

Quod autem Aristoteles dicit in superiori defi- 95
ione: *Nec posse eam aliter se habere*, hoc diversi-
dè exponitur. Alii enim referunt ad causam,
ad rem; hoc est, subjectum. Unde consequen-
alii conditionem scientiæ ponunt hanc, quod
est habere causam necessariam: alii, quòd de
t habere subjectum necessarium. Et Latinus
dem textus istam ambiguitatem patitur, sed
Græco res est expedita. Sic habet: ὅτι ἐκείνου αἰτία
ἐστί καὶ μὴ ἐνδέχεσθαι τοῦτ' ἄλλως ἔχειν: Ubi apparet
nomen τοῦτο, non referri ad αἰτίαν *causam*, sed
ἐκεῖνο, *illud*, nempe subjectum. Subjectum er-
actenus scientiæ debet esse necessarium, dici-
ue idipsum etiam *l. 6. Eth. c. 3.*

Non posse se aliter habere quomodo requiratur in scientia?

Subjectum scientiæ debet esse necessarium.

st tamen observandum, quòd objectum parti-
re scientiæ, sint non tàm res, quàm connexio
attributorum ad res. Proinde etsi illæ non sint
per perpetuæ, tamen hæ sunt perpetuæ. Idque 96
m quoad convenientiam & proportionem
s extremi ad alterum quicquid sit de actuali
unctione. Vide Colleg. Conimb. 1. *post. c. 7. q. 1.*
alia multa quæ de scientia tractari hic solēt ab
pp. sed ea potiùs pertinent ad complemen-
doctrinæ de virtutibus intellectivis (quæ a-
um pertinet) quàm ad intelligendam doctri-
de demonstratione. Proinde alià non
).

Quomodo etiam de contingentibus possit esse scientia?

TITULUS IX.

DE DEMONSTATIONE SE-*cundaria.*

uit hactenus de demonstratione Primaria, 97
τὸ διότι erat: Nunc sequitur de demonstratio-
secundariâ, quæ est τοῦ ὅτι, & à posteriori,

quatenus ſermo eſt de demonſtratione abe
Et hæc quidem generatim cognoſcitur ex d
conditionum demonſtrationis potiſſimæ.

98 *Quæ ſit demonſtratio ſecundaria.*

Igitur demonſtratio potiſſima neceſſari
per cauſam (vocem cauſæ ampliando ad pri
ut per priora deductum) adæquatam & imm
tam. Proinde ſi demonſtratio non ſit per ca
ſed per effectum. Aut non per cauſam ido
adæquatam, inquam, & immediatam, ſed pe
ſam remotam, tunc utrobique receditur à c
tionibus potiſſimæ demonſtrationis.

99 *Ejus duplex ſpecies.*

Atque ita duplex conſtituitur genus de
ſtrationis ſecundariæ. *Alterum* cum demon
eſt per effectum. *Alterum* cum demonſtra
per cauſam remotam. Vide ad hanc rem quæ
de ſpeciebus demonſtrationis dicta ſunt. *tit.*
cap. Sed de utraque ſeorſim aliquid dicendum

ARTICULUS I.

De Demonſtratione per cauſam remotam.

100 Poſuit hanc demonſtrationem Ariſtoteles
ſecendarias demonſtrationes 1. *poſt.c.*10. Et e
pla habet hæc, veluti ſi quis probet; Parietem
reſpirare, quia non ſit animal. Animalitas
non eſt cauſa proxima reſpirationis, cùm ſin
malia aliqua, quæ non reſpirent. Item ſi quis
Anacharſide probet: apud Scythas non eſſe ti
nes, quia ibi non ſint vites. Ea nempe valde re
cauſa eſt. Propinquior enim cauſa eſt lætitia &
eſt à vino, & hoc à viribus.

Quænam cauſa remota hic faciat demonſtrationem ὅτι?

101 Sed quid intelligatur hic per cauſam remo
diſ

quirendum est. Hac in re existimat Thomas,
idius Venetus, Flandria, & post eos Collegium
nimb. 1. *post. c.* 10. *q.* 1. *a.* 3. quod Aristoteles solùm
ellexerit illam solùm remotam causam, quæ sit
or effectu. Atque hoc satis probabiliter dicitur,
a d. l. Aristoteles voluit demonstrationem per
sam remotam, semper fieri in secundâ figurâ &
inde negativè quod quoad istiusmodi remotã
sam, satis luculentè deduxit Zabarella *l. de spec.*
onst. c. 3. Hoc autem nequaquam procedit in
à remotâ illâ, quæ sit effectui adæquata, veluti:
cunda subjecti passio demonstretur de subje-
per essentiam illius. In hoc, inquam, casu, me-
n demonstrationis est causa remota. Proxima
n secundæ passionis causa est prima passio. Ar-
nentatio tamen non solùm potest negativè, sed
m affirmativè fieri, hoc ipso, quia non minus
unda quàm prima passio est vera proprietas. In
prietatibus autem possumus utroque modo ar-
nentari. Negativè veluti: *hoc non habet essentiam*
is. Ergo non est leve (quæ est secunda ignis passio,
quens calorem) 2. affirmativè etiam: *Hoc habet*
ntiam ignis. Ergo est leve. Apparet ergo, si remo-
causâ debeat intelligi ista etiam, quę ad effectum
uè latè patet, quod etiam in primâ figurâ argu-
entum fieri possit: Et in oppositum, cùm Aristo-
es hanc demonstrationem restrinxerit solum ad
cundam figuram, & sic ad syllogismos negativos,
uòd per causam remotam solùm intellexerit eam,
uæ est effectu latior. Nisi fortè cum Averroe di-
ere velimus, Aristotelem respexisse solùm ad id,
uod frequentius & usitatius est. Semper enim de-
nonstratio à causa remota potest fieri in secunda
gura & negativè: at non potest semper fieri affir-
nativè & in primâ figura. Ita etiam Zabarellæ vi-
etur *d. libro de spec. demonst. c.* 3.

Demonstratio nem per causam remotam solùm fieri in secunda figura.

102. *Demonstratio hæc est etiam ex causa remota æquali.*

His autem dimissis, si non de mente Aristotelis, sed de re ipsa sermo sit, consentiunt Doctores, quod per causam remotam, utrumque remotæ causæ ge- nus intelligatur, nempe & causa remota latius pa- tens, & quæ effectui sit æqualis. Et confirmatur. Nam perfectio demonstrationis postulat, ut sit proxima causa. Ergo si processus sit à causa remota, cujuscunque ordinis sit, disceditur à perfectione demonstrationis. Ergo statim est demonstratio se- cundaria.

103. Hoc tamen hic discrimen est, quod ex prioribus relinquitur: Nempe, si demonstratio sit ex causa remota latiori, tùm demonstratio non potest in- stitui nisi ad removendum effectum. Veluti: *Omne respirans est animal. Paries non est animal. Ergo non est respirans.* Si verò demonstratio hujusmodi fiat ex causa remota, sed æquali ad effectum, tum & ad ponendum & ad removendum effectum fieri po- test argumentatio. Veluti in priori exemplo de es- sentia ignis & levitate apertum erat.

104. *Demonstrationem ex causa remota esse τῶ ὅτι.*

Atque ex his hactenus satis apparet etiam, nec causa aliquos demonstrationem secundariam so- lùm eam facere, quæ est ex effectu, dimisso hoc ge- nere demonstrationis, quod est per remotam cau- sam, ut fecit Keckerman *lib. 3. syst. c. 15.*

ARTICULUS II.

De demonstratione ex effectu.

105. *Quis effectus hic intelligatur.*

Hanc Aristot. similiter posuit 1. *post. c. 10.* Non di- stinguit autem an loquatur de effectu proximo an remoto, quia ad rationem sciendi *τὸ ὅτι* perinde est, seu de illo constet ex effectu proximo, seu remoto. Ita scio homini convenire facultatem concoctri- cem, quia continuè restauratur humidum, quod calor, postulante id naturâ suâ, continuè absumit, (qui est effectus proximus hujus facultatis) & si- mili

liter potest probari eadem conclusio exinde,
ia excrementa ejiciuntur vel augetur quantitas
minis, qui sunt eff. ctus remotiores. Aliam tamē
jus rei causam, quam non ita probo, habet Za-
rellas. *d. ct. l. de spec demonst. c.* 5. ubi vide. Indif-
enter enim demonstratio ex effectu locum ha-
: in omni genere effectus, qui necessariò cum
sa conjungitur, & proinde ex vi istius conjun-
onis indicat, ubi effectus reperitur, ibi causam
dem subesse, de qua iste effectus emanet. 106.
Existimant aliqui hanc demonstrationem duo- *Demonstra-*
tantùm terminis constare, nempe effectu & *tio ab effectu*
sa. Sed absurdum hoc est, quia omnis syllogi- *non habet,*
s tribus terminis constat. Et si maximè Enthy- *duos tantū*
maticè aliquando proponatur, & id quidem fre *terminos.*
entius, hæc dēmonstratio: tamen tres termini
sic quidem desunt. Confer Zabar. *de spec. demon.*
. 4.

ARTICULUS III.

De regressu, & circulo.

Occasione hujus demonstrationis ab effectu 107
ctant Logici de circulo & regressu, præsertim, *Occasio tra-*
ia (quod Aristoteles docet 1. *post. c.* 10.) ex demon *ctandi de*
atione ab effectu, potest fieri demonstratio *regressu,*
ri, quod non est aliter, quam conclusio-
m commutando in præmissam. Ergo sic ad effe-
um sequitur causa in ista demonstratione ab ef-
ctu: Et vicissim, ab eadem ut causa sequitur effe-
us, per demonstrationem istam conversam in de-
onstrationem διότι. Huic igitur nihil videtur de-
se ad rationem circuli. Et tamen circulares de-
onstrationes Aristoteles rejicit. 1. *post. c.* 3. 109.
Hanc igitur ad rem Doctores al qui distinguunt *Ejus discri-*
ter circulum & regressum, ut fecit Zabarella *men à cir-*

 lib. .n.e.

lib. de regress. cap. 1. Mihi tamen melius videtur esse distinguere inter circulum aliter atque aliter acceptum, quia Aristoteles voce circuli utrobique utitur, aliquando rejiciens circulum, ut dict. *l.* 1. *post.* c. 3. Aliquando verò circulum approbans, ut *lib.* 2. *prior. Anal. c.* 5. 6. 7. quamquam posteà utile erit ad evitandas æquivocationes, alteram speciem circuli vocare *regressum*, alteram autem vocare *circulum* specialiter dictum.

109 *Unde dicatur circulus.* Et ratio quidem appellationis hæc est, quòd Aristoteles eam probationem denominat circulum, in qua ex præmissis inferimus conclusionem, & vicissim ad eandē cōclusionem inferimus vel utramque vel alterutram præmissam, omninò sicut in circulo Geometrico sumpto initio ab aliquo puncto progredimur per circumferentiam, & redimus denuo in illud punctum, unde incepimus, ut explicat Monlorius 2. *prior. c.* 5. *ad* §. 1. *in Paraphr.*

110 *Dari regressum.* Ut igitur hæc res explicetur 1. Dico: *Omninò dari posse regressum.* Ita patet, quia sicut causa (ad hanc quidam cognitionem distinctam) notificat effectum: Ita effectus etiam notificat causam in cognitione confusa. Sicut igitur bene sequitur: *Est ignis. Ergo urit:* Ita vicissim sequitur. *Urit. Ergo est ignis.* Idem est in subjecto & adjunctis propriis. Veluti recte sequitur: *Est homo. Ergo est capax disciplinæ.* Et vicissim. *Est capax disciplinæ. Ergo est homo.* Atque hoc docet Arist. *d. l. ex prior. Anal.*

111 *Rejicitur circulus.* II. *Circulus non potest dari.* Sumo circulum in famosa significatione & prout à regressu distinguitur. Et patet veritas hujus assertionis, saltem declarando vocem circuli, vel circularis demonstrationis

Quid sit? secundum hunc sensum. Nempe sic circulus est nihil aliud, quàm processus, in quo ex naturâ prioribus, inferimus naturâ posteriora, & vicissim hæc tanquam naturâ priora assumimus, ex quibus probent

entur, tanquam naturâ posteriora. Atque tum clara est repugnantia in probatione circulari, quia sic naturâ priora sunt non naturâ priora. Et naturâ posteriora, sunt non posteriora naturâ. Qui plura velit, legat inprimis Zabarellam *toto libro de regressu* & *1.post. ad t.25.26.* Et addat Colleg. Conimb. *1.post. 3.q.1.a.1.2.*

CAPUT XVI.

De Syllogismo Dialectico.

Fuit hactenus de Syllogismo demonstrativo, sequitur de Syllogismo Dialectico, juxta ea quæ in priori *cap.* 15. proposita fuerunt. 1

Dicendum autem est

1. De nomine Syllogismi Dialectici.

Tum de ejus Definitione.

Tertiò de quæstione concludendâ per Syllogismum Dialecticum.

Quartò de ejus præmissis.

Quintò de ejus medio.

Et *denique* de Syllogismi Dialectici effectu qui est opinio.

TITULUS I.

DE NOMINE SYLLOGISMI DIALectici.

Quot modis vox dialecticæ sumatur, proposui in Introd. Log. c. 1. num. 2. ut nunc opus non sit ea iterato tractare. Syllogismus igitur hic Dialecticus dicitur, non eo sensu, quia sit Logicus, vel quia ad artem Logicam pertineat, quæ aliquando est vocis hujus acceptio, sed quatenus significat peculiariter 2 *Explicatio vox Syllogismi Dialectici.*

Dialecticæ vox artificium disputandi ex probabilibus: Ut frequenter Aristoteles hanc vocem sumsit. Unde Syllogismus Dialecticus dicitur iste, qui ad Dialecticam, sic specialiter dictam, pertinet, hoc est, qui pertinet ad artem differendi probabiliter.

3. *Cur Topicus dicatur.* Vocatur etiam syllogismus *Topicus*, quia Aristoteles de eo tractat in libris Topicis, qui sic dicuntur, quod ibi Aristoteles potissimùm explicet τόπους h. locos Logicos, sub respectu ad tradendum artificium differendi probabiliter, sicut Aristoteles statim initio *lib.* 1. *Top. c.* 1. dicit: *propositum hujus tractationis est invenire Methodum per quam possimus argumentari de omni problemate ex probabilibus &c.* Dicitur ergo hic Syllogismus Topicus, sicut demonstrativus vocari posset syllogismus *Analyticus.* Dicitur & Aristoteli ἐπιχείρημα, q. dicas *aggressio*, quia ad disputationem cum alio ineundam maximè promptus est & idoneus ut exponit Fonseca *l.* 7. *instit. dial. c.* 7.

TITVLVS II.

DE DEFINITIONE SYLLOGISMI *Dialectici.*

4. Syllogismi dialectici definitio apud Aristotelem hæc est 1. *Top. c.* 1. §. 2. συλλογισμὸς διαλεκτικὸς ἐστι, ὁ ἐξ ἐνδόξων συλλογιζόμενος h. e. *Dialecticus Syllogismus est qui ex probabilibus concluditur.* Distinguitur ergo Syllogismus Dialecticus ab *apodictico*, quod Syllogismus apodicticus est è necessariis. Dialecticus autem Syllogismus est è probabilibus. Quæ autem probabilia dicantur titulo quarto expediam.

5. Id hic solùm observandum est: cum iste Syllogismus dicitur fieri, è *probabilibus* (plurali numero) esse id intelligendum permissivè. Neque enim omnis Syllogismus Dialecticus est ex utraque præmissa probabili. Sed is &, qui efficitur ex altera necessaria

& al-

; altera probabili: Simile quid erat in definitione yllogiſmi demonſtrativi quem Ariſtoteles ait eſſe x primis & immediatis, *hoc lib.* 1. *Topic.c* 1. & 1. *poſt.* ; Et tamen id non eſt ſemper. Contingit enim uandoque, ut aſſumptio non ſit prima & immediata. Vide ſup. *c.*15 *n.*78. *ſeqq.*

TITULUS III.

DE QUÆSTIONIBUS DIALECTICIS.

Quæſtionem dialecticam Ariſt. 1. *Top* paſſim, ut alibi vocat *Problema* ἀπὸ τῦ προβάλλειν, quod eſt ojicere vel proponere, quia proponit quæſtionẽ l controverſiam. Mathematici diſtinguunt inr *problema* & *theorema*: & *problema* vocant id, in io aliquid proponitur inveniendum, conſtituenlm, deſcribendum, comminiſcendũ: Veluti invere maximam menſuram ſecare lineam, deſcribe quadratũ. *Theorema* autem ipſis eſt in quo quipam in conſtituta jam figura ita eſſe vel non eſſe emonſtratur; ut ſi duæ lineæ rectæ ſe interſecuent, anguli erunt æquales. Unde conſequenter horema eſt ad τὸ θεωρεῖν ad *cognoſcendũ*. Problema eſt ad *operandum*, ut Goclenius *in probl. log. in præf.* 11.12. deducit. Logici tamẽ in ea Anguſtia hic vocem problematis non uſurpant: Sed perinde eſt, an d agendum an ad cognoſcendum proponatur, ut Ariſt. docet 1 *Top.c* 11 § 1. Unde & ibidem Ariſtotees commutat vocem problematis & theorematis. 6. *Vox problematis explicatur.*

Definitio hujus problematis eo loco hæc eſt. Problema dialecticũ eſt contemplatio pertinens vel ad electionem & fugam: Vel ad veritatẽ & cognitionẽ: idq; vel per ſe, vel, quia adjumentum affert ad aliud quippiam ejuſmodi, de quo aut neutram in partem ſentiunt, aut multi contra ac ſapientes, aut ſapientes contra ac multi aut utrique diſſentiunt inter ſe. Apparetque adeo, ex hac definitione etiam varietas problematum Dialecticorum. 7 *Definitio.*

Eſtque

Estq; in iis usitatior formula interrogandi per u- plicem negationem ut: *Sitne mundus æternus an no*? *Sitne* voluptas summum bonum *annon*? quanqu fine illa alternatione affirmationis & negatio istiusmodi quæstiones proponi possint.

8 *Quæstio solum debet continere res dubias.*

Cæterum quæstionis conditio est quod deb continere solum res dubias. Ita eleganter ait Ar *d.l.* 1. *Top.c.* 11. §.9. Non oportet, inquit, omne p blema, aut omnem thesin in quæstionem revoc sed eam, de qua quispiam dubitare possit, egens tionis, non autem pœnæ aut sensus.

Non igitur quæstiones proponi debẽt, quar propositio vel dubitatio pænam continetur, *utr oporteat Deum co ere, aut parentes diligere.* Non ite quæ sensibus manifesta sunt. Veluti: *Sitne nix a an non.* Unde subdit Arist. *ibi.* Quod de iis non sceptare oporteat, quorum in promptu est demo stratio, nec quorum est nimis remota, quoniam la non habet dubitationem hæc verò majorem h bet quam Gymnasticæ conveniat.

De numero quæstionum Dialecticarum.

9 *Aristotelis sententia.*

Denique Aristoteles quæstionum dialectica constituit quatuor genera 1. *Top.* 2. 4. 5. 8. 11. & ali Nempe quæstionem generis, definitioni proprii accidentis, quem numerum etiam defendit Co Conimb. *lib.* 1. *Top. ad caput* 3. *q. unic.*

Sed inprimis res expeditior esse videtur, si d catur, tot esse quæstiones dialecticas, quot sunt l ci dialectici. Loci autem dialectici plures sunt q isti, qui dicti sunt. Neque enim apparet, cur ex u potius loco possit formari quæstio, quam ex alter Et aliâs satis violentè fit reductio omnium aliaru quæstionum ad ista quatuor enumerata genera.

Ubitamen observandum est: non semper istius-
modi quæstiones formari vocabulis locorum Dia-
lecticorum q. in actu signato. Veluti est cum dico:
An substantiæ sibi sint contrariæ. *An frigus sit* priva-
tio: *Sed* satis est, si quæstiones istæ formentur ap-
pellationibus rerum.) Ita perinde est, sive dicas: *An*
hominis proprium *sit esse capacem disciplinæ*: Vel: *An*
solus homo sit capax disciplinæ & sit in aliis.

TITULUS IV.

DE PRÆMISSIS SYLLOGISMI *Dialectici.*

Syllogismus dialecticus dicitur is, qui est ex
probabilibus. Præmissæ ergo in Syllogismo diale- 14
ctico sunt probabiles propositiones: quanquam id
non necessario sit de utraque præmissa, ut ad defi-
nitionem Syllogismi Dialectici dictum est.

Igitur vocem *probabilis* quod concernit, existi-
mat Burana lib. 2. Prior. c. 11. vocem *probabilis* esse 15.
generalem, & comprehendere tùm necessarium, *De voce*
tùm non necessarium, & confirmat, quod Aristote- Probabilis
les eo loco § 22. Principium contradictionis, vocat
axioma probabile, quod utique necessarium est. *Principium*
Nihilominus aliis non placet ita extendere axio- *contradi-*
ma probabile, ut contineat etiam necessarium quia *ctionis quo-*
Aristoteles. 1. *Top. c.* 1 manifestè ea separavit, quam- *modo dica-*
vis aliâs, quod necessarium est, si ita non sumatur *tur probabi-*
vox ista, possit probabile dici, Aristoteles autẽ prin- *le?*
cipium contradictionis vocavit probabile, eatenus
inprimis, quia nonnulli philosophi id non admit-
tebant, nempe Anthisthenes, ut dicitur. 1. *Topic. c.* 9.
& Heraclitus apud Aristotelem. 4. *Metaph. cap.* 3.
Confer Monlorium. 2. *prior. c.* 11. *in schol. ant.* 30.

Græcis probabilia dicuntur ἔνδοξα quasi in opi-
nione posita. Opinio autem non est certorum &
necessariorum apud Aristot. *l.* 1. *post. c. penult.*

Qua-

Quænam sint dicenda probabilia?

14 Porro probabilia apud Aristot. 1. *Top. c.* 1. Siden-niuntur: Probabilia sunt, quæ videntur omnibus Vel plerisque; vel sapientibus atque his vel omnibus vel plerisque vel maxime notis & claris. In qu-

Species enũciatorum probabiliũ.

surpatur quidem vox, *videntur*, quæ significatione dubiam & incertam. Deinceps autem ea defini-tio comprehendit varia genera propositionum probabilium. *Primò* sunt aliquæ probabiles propositiones quæ videntur omnibus ut: Mater diligit filium. *Secundò* sunt aliquæ quæ non omnino omnibus videntur plærisque tamen. Ut: Melius est rempubli-cam regi Monarchicè, quam Democraticè. *Tertiò* Quædam videantur sapientibus tantum, non etiam vulgo, atque id primum, cum videntur sapientibus omnibus. Ut sol est major terra. *Quartò*. Quædam etiam, quæ videntur sapientibus plerisque ut: Mundus habet initium suæ durationis. Confer T. *l.* 4. *Dial. consid. c.* 34. & Schegkium, *l.* 1. *Top. c.* 9 *ad* Eandemque varietatem enunciatorum probabilium insinuat definitio problematis dialectici, primo membro recensita.

15 *Alia divisio problematum Dialecticorum.*

Ex ista definitione porro etiam sumi potest divisio propositionum dialecticarum, in naturales, morales, & logicas, quam explicat Fonseca *l.* 7. *in Dial. c* 8. *Morales* enim pertinent ad electionem & fugam (ut ibi Aristoteles loquitur) *Naturales* ad veritatem & cognitionem. *Logica* autem confert adjumentum ad aliquid hujusmodi.

TITULUS V.

DE MEDIO SYLLOGISMI DIALectici.

15 Mediũ Syllogismi dialectici est, quod cõfert verisimilitudinem, unde judicetur majus externum mini-

inori convenire vel non convenire. Unde Cicero
Partit. argumentum dialecticum ait esse proba-
le inventum ad faciendam fidem.
In particulari autem medium istius modi sumi 17
test ex omnibus locis Logicis, quia id quod ab-
lutè loquendo, est necessariũ potest judicio mul
rum esse probabile duntaxat. Nunc ergo etiam
dium demonstrativum potest esse dialecticum,
xistimetur cum altero quæstionis termino pro
biliter tantum cohærere, ut Fonseca docet *lib.* 7.
1t. c. 9. Atque hoc est, quod Arist. *l.* 8. *Top. c.* 1. §. 1.
: *Loci inventionem æque ad dialecticum & philoso-*
im pertinere.

Medium Syllogismi Dialectici potest sumi ex omni Loco Logico.

Keckermannus *l.* 3. *syst. cap.* 2. *seqq.* prolixè nec 18
utiliter docet, quomodo probabilia argumenta
ni possint, à Notatione, conjugatis, causa &
usato, subjecto & adjuncto, toto & partibus, cir-
mstantibus, concomitantibus, comparatione,
scriptione, testimonio humano: quæ qui volet,
videat. Interim ex canonibus in Topicis à me
diris, facile etiam hæc res ab industrio lectore
pediri poterit.

TITULUS VI.

DE EFFECTU SYLLOGISMI DIALE- ctici, hoc est, opinione.

Sicut syllogismus demonstrativus gignit scien- 19.
tiam, ita syllogismus dialecticus gignit opinionem
Aristoteles docet. 1 *post. c* 26.
Igitur ut intelligatur quid sit opinio, est inpri- 20
is observandum: habitus, in intellectu speculati-
), alios esse evidentes, alios inevidentes. Evi-
entes, sunt intelligentia, scientia & sapientia. *l.* 6.
thic. cap. 2. Inevidentes autem sunt opinio, fides &
ispicio, ut persequuntur latè Conimb. 1 *post. c* 26.
q. 1, *art.* 1.

Habituum divisio.

Opinio

21. *Opinio quidē*

Opinio ergo hactenus numeratur inter habi- intellectus speculativi inevidentes & eorum pe- liarem speciem constituit: Inque ea oppositio definitur ibi à Conimbricensibus, quòd sit habitus inclinans ad assentiendum alicui rei, vel ex ter- nis vel ob rationem probabilem, cum formidine partis oppositæ: Sed tamen, si velimus opinion sumere, prout adæquate constituit effectum sy- gismis dialecticis, tum adeò angustè definiri n debet, quia syllogismus dialecticus potest et extrui ex testimonio humano, ut dictum est. A ratio assentiēdi, nec est notitia terminorum, nec tio probabilis, sed dicentis autoritas. Unde c sequenter fides humana, sic comprehenda sub opinione.

22. *Opinio tripliciter gignitur.*

Atque ita opinio gignitur hactenus triplici 1. per cognitionem terminorum, Veluti, si qui re intelligant terminos hujus propositionis: *Pare diligunt liberos* facile assentientur & admittent e propositionem veram esse, adeoque ita animo habebit hanc de hujus veritate opinionem. 2. probabilem rationem. Veluti si noris esse tres fi ras syllogismorum, quia triplex solum sit dispos medii termini. *Denique* per autoritatem dicen Veluti si assentiaris, quòd sex sint species mutat nis, quia Aristoteles, excellens iste Philosophus dixerit & sic in aliis.

23. *Formido assentiendi duplex.*

Cæterùm opinio non est habitus omnino cer & infallibilis. atque hoc est, quod dicitur opini esse cum *formidine partis opposita*, quod ut rec intelligatur inprimis tenendum est: quòd form vel incertitudo illa sit duplex. Alia est ex part ipsius potentiæ intellectivę, sive subjecti, & est n aliud, quàm vacillatio ipsius intellectus in ass tiendo. Alia verò est ex parte ipsius actus, sive gnitionis. Estque nihil aliud quàm quod ista

gni

itio secundum se (& dempto judicio intellectus
l formidantis, vel sibi tenaciter persuasum ha
ntis) ita affecta est, ut possit ei falsum subesse. At-
ue hæc posterior formido vel incertitudo prorsus
quiritur ad rationem opinionis, quia id postulat
scrimen scientiæ & opinionis. Prior autem for-
ido, quæ fit ex parte potentiæ intellectivæ, non
: opinioni necessaria, & apparet per cujusvis ex-
rientiam. Nemo enim est ex omni doctorum
mero, qui non opinetur quandoque verissimam
ueri sententiam, eique mordacissime adhærere,
:ulla formidine partis oppositæ: & nihilominus
gressu temporis discit, suæ notitiæ falsum sub-
se, & proinde suam notitiam non fuisse per mo-
n scientiæ sed opinionis. Opinio igitur carere
est illa actuali vacillatione intellectus ad assen-
ndum. Ita etiam Arist. docet *l. 7. Eth. c. 3.* Confer
etan 2. 2. *q. 1. a. 5. & part. 3. q. 5 art 3.* (quanquam
nionem formidine carentem is vult dicere no-
am dialecticam potius quàm opinionem), Col-
Conimb. & plurimos ibi citatos. 24

Qualis requiratur ad opinionem.

Hoc ergo hactenus efficit syllogismus dialecti-
, ut intellectui conferat notitiam, cui falsum
esse possit.

lia quæ de opinione disputari solent, potius
tinent ad complementum doctrinæ de habiti-
intellectivis, quæ alio pertinet, quam ad intel-
ndam doctrinam syllogismi dialectici.

CAPUT XVII.

De Syllogismo Sophistico.

Supra *c.* 15. visum est, an & quomodo in 1
gicis de Syllogismo Sophistico agendum
nunc igitur tractandum est. 1. De voce ac

definitione syllogismi sophistici. *Tum* de u divisione. Et *dehinc* fallaciarum explica sunt species : & *denique* de earum solut aliquid est annectendum.

TITULUS I.

DE VOCE ET DEFINITIONE SYL gismi sophistici.

Syllogismus *sophisticus* dicitur ἀπὸ τοῦ σοφίζ σοφίζεσθαι aût antiquitus erat sapienter loqui

2. *Syllogismus sophisticus unde dicatur?*

gere; ut ejus cõjugata σοφὸς, σοφία & similia inc Nunc tamen σοφίζεσθαι est cavillari, ludere, fa Ita etiam vox sophistæ olim in bonam parte cipiebatur sic Plutarch *in Themist.* τὴν καλουμέν φίαν, οὖσαν δὲ δεινότητα πολιτικὴν καὶ δραστήριον, σ δικανικαῖς μίξαντες τέχναις, καὶ μεταγαγόντες ἀπ πράξεων τὴν ἄσκησιν ἐπὶ τοὺς λόγους σοφισταὶ προση θησαν h. e. ut Budæus interpretatur *eam, quæ d sapientia, nempe rem bellicam, & quandam reru rendarum prudentiam & cognitionem ad vim ju riam adjungentes, & à negotiis ad usum dicend orationes traducentes, Sophistæ sunt nuncupati.* Indi philosophos suos dicebant Gymnosophi sicut similis fortunæ nomine *Magi* dicebant pud Persas qui sapientes erant. Vide Polyd Virgil. *l.* 1. *de rerum inventoribus c.* 16. Nunc ta Sophista dicitur, qui ostentationis aut qu causâ philosophatur; ut Cicero in Acad. nivit.

Alio nomine apud Aristot. dicitur *l.* 1. *Top.* συλλογισμὸς ἐριστικὸς *contentiosus*, *quia non* veritatis sed contendẽdi & litigãdi Sophistis petur.

1. *Unde dicatur* ἐριστικός.

Dicitur & in libb. Elenchorum, *Elenchus sophisti-* 4.
us, unde obtinuit, ut sine addito dicatur *Elenchus*. *Elenchus.*
λεγχος autem Aristoteli *in Rhetor. ad Alexan. c.* 14.
t τὸ μὴ δυνατὸν ἄλλως ἔχειν, ἀλλ' οὕτως ὡς ἡμεῖς λέγομεν,
oc est, *quod non potest aliter se habere, sed sic prout di-*
mus. Sicut & Christus ait: Judæos se non posse [ar-
ıere, ἐλέγχειν de peccato, hoc est vere convincere
ad *Hebr.* 11. *v.* 1. fides vocatur ἔλεγχος μὴ βλεπομέ-
ν, hoc est, certa notitia vel apprehensio, vel assen-
s ad ea quæ non videntur. *l.* 1. *Elench. cap.* 1. & *c.* 5.
enchus dicitur esse syllogismus cum contradi-
one conclusionis, hoc est, syllogismus qui revera
ntradicit conclusioni adversarii. Atque ita non
enchus, sed ignorantia Elenchi, est sophisma, a-
d Aristot. 1 *Elench. c.* 5 ut suo loco, exponetur. At-
e ita cũ sophisma vocatur Elenchus sine addito,
id solum compendii causa & necessariò subau-
ndum est nomen, sophistici, ut additum hoc (*so-*
sticus) diminuat de ratione elenchi.
Latini vocant *fallacias*. Ad hanc vocem ita com- 5.
ntatur Scaliger *Exer.* 254. *pag.* 788 Fallacia, inquit *Fallacia.*
ecum est adempto sibilo, quoties labefactamus
s spẽ, quẽ lactavimus. Fallere est aliud dicere vel
uere, aliud in animo habere, omnino aliud præ
erre: Aliud profiteri aliud facere. Hypocritas vo-
t sacræ paginæ. Aristoteles eos, qui verbis ac
ltu tegunt animum, εἴρωνας vocat.
Porrò, antequam à nomine syllogismi sophistici 6.
cam, est adhuc de eo notãdum, quod syllogismus *Ambigui-*
phisticus dicatur ambiguè. Aliquando igitur su- *tas in nomi-*
tur generaliter & continet quamvis deceptionẽ *ne syllogismi*
syllogizando: Aliquãdo verò sumitur simpliciter *sophistici.*
pponitur illi syllogismo, cui Aristoteli. *l.* 1. *Top.*
§. 9. dicitur ψευδογραφῶν, & vulgò à Logicis Bar-
rã voce dicitur *falsigraphus*, de quorum discrimi-
statim dicam in sequenti titulo.

6 Definitio autem syllogismi sophistici su[...]
Ejus definitio. Theoremat. c. 15. hæc tradita est: *Syllogismus sophisti[...] est syllogismus ex forma vitiosa, vel materia appa[...] vera procedens*, quæ definitio sumpta est ex var[...] sophisticandi ea quod omnis sophisticatio p[...]dit vel ex vitiosa cõsequentia, quę alioquin e[...] ma syllogismi; Vel ex falsa materia, speciem t[...] veri habente: Quia si aperte falsa sit, non p[...] devenire argumentatio ad effectum vel finem [...]phistæ præstitutum, qui est decipere. Coi[...] cum hac definitione, quæ vulgo ex Aristotele[...] solet: *Sophisticus syllogismus est qui ex iis, quæ vi[...] probabilia, nec sunt, colligit conclusionem* (Hac [...] enim vitium est in materia) *aut ex probabilibu[...] quæ videntur probabilia, colligere videtur, nec co[...]* (hactenus est vitium in forma.) Quod si a[...] syllogismus est sophisticus, ex tali condition[...] materiæ vel formæ: iccircò à fortiori sequitu[...] illum syllogismum sophisticum esse, qui in utr[...] peccat. Confer Schegk. 1. *Top. ad. c.* 1 *t.* 4.

TITULUS II.

DE DIVISIONE SYLLOGISMI *Sophistici.*

ARTICULUS I.

De divisione syllogismi sophistici in ἐριστικὸν & ψευδογραφικόν.

Syllogismus sophisticus (generaliter sic di[...] primo, ut paulò ante dictum est, dividitur in [...]
7 Syllogismus ἐριστικός. κὸν & ψευδογράφον, apud Arist. *l.* 1 *Top. c.* 1.

Atque tum ἐριστικὸς *contentiosus syllogismus e[...]* specialiter solet *sophisma* dici. ψευδογράφος [...]
ψευδογράφος. gismus autem est, qui procedit ex falsa hypo[...] alicujus disciplinæ. Veluti si quis argumentet[...] illa hypothesi Aristotelis, quod somnus sit passio [...]dis ex *lib. de som. & vigil. c.* 1. Hoc n. falsum est, [...]

pu[...]

gnat Anatomiæ, quæ docet, nervos & cõsequen-
functiones animales, non à corde sed à cerebro
dere. Aut si quis probet: hominem lege justifi-
i, quod est contra principia Theologica.

Sicut igitur syllogismi ἐριστικοὶ continent defe- 8
m à syllogismis dialecticis: Ita ψευdographi re- ψευδογρά-
sunt à syllogismis demonstrativis. Est que illorũ φων *Doctri-*
atio non tàm a Logico petenda, quam à philoso- *na hinc re-*
ipso, cujus principia in istiusmodi syllogismis *jicitur.*
bētur, ut iste sua οἰκεῖα & genuina principia ta-
is hypothesibus opponat, easdemque refutet:
ganter de re hac disserit Schegk. 1. *Top. c.* 1. *adt.*
l. 13. 14. 15. Atque ita consequenter etiam illa
δογραφήματα hic in doctrina syllogismorum
attinguntur.

djiciunt aliqui, istis generibus fallacium syllo- 9
norum, syllogismos πειραστικοὺς *tentativos*, ut ibi *Syllogismus*
gkius *p.* 17 insinuat. Estque πειραστικὸς συλλο- *πειραστικὸς.*
ιὸς ut ipsa vox insinuat iste, qui adhibetur à Lo-
o, fallacibus sumptionibus vel argumento ten-
tealium, ad cognoscendum utrum sit gnarus
s, quam jactitat: Sed revera iste πειραστικὸς συλ-
σμὸς non constituit peculiarem speciem syllo-
ni sophistici. Neque enim differt à syllogismis
acibus aliis, nisi animo proferentis, quod ad *Non faciat*
ogismum, ut sic, est prorsus extraneum. Nempe *peculiarem*
uis quæstus aut lucri causa proferat syllogismũ *speciem.*
rmatum in secunda figura, erit iste syllogismus
histicus. Si verò quis eundem syllogismum
ferat ad tentandum ignarum, erit syllogismus
ιραστικὸς sive tentativus. Apparet ergo πειραστικοὺς
λλογισμοὺς in ratione vel modo argumentandi a
syllogismis cæteris non differre & con-
sequenter nec peculiarem spe-
ciem facere.

ARTICULUS II.

De divisione syllogismi sophistici, ratione materiæ, vel formæ, quam habet.

Secundò: Syllogismus sophisticus dividitur in qui est talis ratione formæ vel ratione materiæ; etjam ratione utriusq; ut etiam paulò anteà, ad finitionem syllogismi sophistici insinuatum est, sumitur ex Arist *l.1. Elench.c.7.*

10 *Sophismata in forma.* Et forma quidem syllogismi est ejusdem consequentia. Sophisma ergo in forma est, cùm peccat in regulas consequentiæ. Hæc ergo sophismata judicari possunt, ex superiori syllogismorum doctrina. Veluti in prima figura requiritur, ut propositio sit universalis vel propria; Assumptio affirmata. Sophisma ergo in forma hujus syllogismi erit alterutra conditio violetur, ut:

Adulterium est puniendum.
Homicidum non est adulterium.
E. non est puniendum.

Sic etiam in primo connexo à positione antecedentis ad positionem consequentis V.C. Si ergo argumenteris à remotione antecedentis, erit sophisma in forma syllogismi hujus: ut:

Si homo est equus est animal.
At non est equus.
Ergo non est animal.

Idemque est in aliis formam attingentibus sophisticationibus: quæ suo loco satis dilucidè tractata fuerunt, ut hic opus non sit acta agere.

11. *Sophismata in materia.* Materia autem syllogismi cujusque sunt tres enunciationes: propositio, assumptio, conclusio & termini qui in iis continentur, cumque inter ipsos sit potissima ratio medii termini, ideò Ramæi

so

phisticationes in materia inprimis numerant ju-
a locos Dialecticos, ex quibus medius terminus
mitur. Nempe sicut Aristoteles posuit fallaciam
on causæ *lib. 1. Elench. c. 5. & 6.* Ita illi porro falla *Ramæorum*
as ponunt non effecti ut effecti, item subjecti ad- *divisiones.*
ncti, definitionis, testimonii, & sic in locis aliis,
quem modum Doctissimus *Heitzo Buscherus*
obus libris eruditè de sophistica tractavit, ut
uo cum emolumento à Logicę studiosis legi iste-
per possit.

Interim quia receptiores sunt Aristotelici termi- 12.
in doctrina fallaciarum, ideò juxta hanc doctri- *Divisio A-*
m inprimis observandum, fallacias hujusmodi *ristotelica.*
è vel quoad voces, vel quoad res, ut Aristoteles
ocet *l. 1. Elench c. 4.* In voce numerantur ibi sex ab
ristotele: *Homonymia, Amphibolia, compositio, di-* *In dictione.*
sio, accentus & figura dictionis.

Extra dictionem autem & in rebus ipsis, nume-
ntur septem genera sophisticandi *ibidē c. 5.* Nem. *Extra di-*
fallacia accidentis: à dicto secundum quid, ad dictum *ctionem.*
mpliciter; Ignoratio Elenchi; petitio principii; fallacia
nsequentis; non causa ut causa: Et πολυζητήσεως.

TITULUS III.

DE SPECIEBVS SYLLOGISMORVM *sophisticorum.*

Syllogismorum sophisticorum tredecim species 13.
modo enumeratæ sunt, hæ jam sunt ordinę
explicandæ, & quidem prius erit de fallaciis
in dictione: tùm de fallaciis extra dictionem. Et
de prioribus quidem generaliter observandum
est, quod omnes istæ fallaciæ sumantur ex am-
biguitate. Vnde sub fallacia æquivocationis omnes

comprehendi possent , sed tamen sequemur filu Aristotelis hâc in re.

Articulus I.

De fallacia æquivocationis.

Æquivocum Aristoteli est *l. categ. c.* 1. quod p uno significat, seu quod prædicatur de pluribus cundùm aliam atque aliam significationem. Po significatio est forma vocis. Igitur ubi significa diversa est, ibi quoque vox diversa est. Ergo si v æquivoca in syllogismo ponatur, revera facit du terminos. Ergo terminus major & minor, & med v. g. aliter atque aliter acceptus revera sunt quatu termini. Ergo statim vitiosa est dispositio ill syllogismi in quo reperitur æquivocus term nus.

15 *Fallacia æquivocationis an sit solùm in medio termino.* Restringunt aliqui hanc fallaciam solùm ad m dii termini æquivocationem. Sed Aristotelis exe pla, quæ habet *l.* 1. *Elench. c.* 4. sunt etiam in termi aliis, ut deducunt Conimb. *ad l. Elench. q.* 1 *art.* 3. Fonsec. *l.* 7. *instit. c.* 4.

16. *Tria genera huius fallaciæ.* Ponuntur autem ex Aristotele tria genera hu fallaciæ, idque juxta diversitatem æquivocoru I. Cum æquivocum æqualiter plura significat, Canis est animal. Quædam stella est canis. Er quædam stella est animal. II. Cum nomen est æq vocum per ἀναλογίαν , sive πρὸς ἓν καὶ ἀφ᾽ ἑνός. Omne sanum est animal. At medicina vel urina, aër, vel cibus est sanus. Ergo medicina &c. sunt a malia. III. Cum vox, extra constructionem certa, conjunctione ad voces alias, sortitur æquivocati nem, ut: Qui surgebat stat. Sedens surgebat. Er sedens stat. Hic vox *sedens* per constructionem æquivoca, quæ alias est certæ significationis. Na

aſſumptione τὸ *ſedens* ſumitur disjunctim, pro eo *Ampliatio*
i ſedet vel ſedebat. *Ampliationem* hanc vocant *Sophiſticorũ*
olaſtici, h.e. modum loquendi talem, per quem
amplietur vel extendatur ad plures differentias
nporis, quàm principalis copula deſignet. In cõ-
ſione autem τὸ ſedens intelligitur ſine amplia-
ne pro eo qui actu ſedet.

Solvitur hoc genus fallaciarum, diſtinguendo 17
es ambiguas. *Solutio æquivocationis.*

ARTICULUS II.

De fallacia Amphiboliæ.

Secundum genus fallaciarum in dictione, eſt 18
cia Amphibolia. Alii minus rectè vocant *Am-
bologiam.* Ariſtoteles ſemper prius nomen uſur-
. Diciturque Amphibolia ex ἀμφιβάλλειν, quia
ba q. projiciat in duplicem ſenſum.

Porrò: ſicut fallacia æquivocationis conſiſtit in 19
biguitate vocum ſimplicium: Ita fallacia Am- *Hujus fallacia diſcrimẽ à priori.*
iboliæ conſiſtit in ambiguitate ſententiarum.
oinde quotieſcunque fit argumentatio ex pro-
ſitione plures ſenſus habente, eſt hæc fallacia.
les propoſitiones Græcis dicuntur ἐπαμφοτερί-
σαι, & apud Ariſtotelem *l. 3. Rhet. cap. 5.* dicuntur
ertiones *Ariolorum*, qui cum nihil habent, quod
cant, ſic tamen ſimulant ſe aliquid dicere. Talis
i Ariſtoteli eſt hæc Dæmonis reſponſio ad Cræ-
m: Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς, μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.
æſus Halyn penetrans deperdet grandia regna. Id
nc ambiguum ſenſum habet, quod perditurus ſit
a regna: vel *hoſtium* regna. Similem ἀμφιβολίαν
abet, quod Ariſtoteles ait: *l. 1. Elench. cap. 4. §. 4.*
βούλεσθαι λαβεῖν με τοὺς πολεμίους, *velle me hoſtes cape-*
: Nempe: quod velim *ego hoſtes*, & quòd *hoſtes* ve-
nt *me* capere. Hujus generis fallacia eſt hæc *Quod*
uis videt, id videt. Lapidẽ quis videt. Ergo lapis videt.

Propositio enim habet ambiguum sensum, in qu
particula *id*, potest sumi in accusativo, & in Nomi
nativo. Vera igitur est propositio, in casu Accusati
vo. Non autem in nominativo. Evitabitur ambi
guitas hæc in aliis generibus. Veluti: Rem quai
quis videt, *ista* (falsum est) vel *istam* (verum est
videt.

20 *Solutio.* Solvitur hoc genus sophismatum, propositione
ambiguas distinguendo, sicut fallacia æquivoca
tionis solvitur voces ambiguas distinguendo.

ARTICULUS III.

De fallacia compositionis & divisionis.

21 *Est una fallacia.* Aristoteles dictis locis ex his fecit duplex gen
fallaciæ, sed illud conjunctim exponi potest, qu
in usu disserentium frequenter istæ fallaciæ co
jungi solent. & ratio est, quia ista fallacia commi
titur, quando componenda dividuntur, & div
denda componuntur. Fallacia ergo divisionis i
volvit rationem compositionis. Et vicissim fallac
compositionis, infert rationem divisionis.

22 *Quomodo committatur?* Committitur autē fallacia hæc primùm ex pr
positionibus simplicibus, iisque puris, quoties il
possunt habere sensum compositum vel divisu
Veluti: ait Arist. *l. categ c.* 4. substantia eadem num
ro permanens, est susceptiva contrariorum. H
theorema Aristotelis, potest habere sensum conj
ctum & divisum. Istum: si intelligatur esse suscep
va contrariorum *simul.* Hunc verò, si intelligat
contrariorum esse susceptiva, *successivè* & div
sis temporibus. Iste sensus falsus est, hic verus
intenditur ab Aristotele. Si quis ergo ex priori se
su composito argumentetur, committet Elenchu
compositionis & divisionis.

D

Deinde: committitur iste Elenchus, in proposi- 23
onibus compositis, in quibus reperitur particula *Secundò cō-*
opulativa & disjunctiva. *mititur*
Ut hoc rectè intelligatur notandum est, descen- *hæc fallacia.*
m apud scholasticos, in propositionibus esse qua- 24
uplicē, copulativum, copulatum, disjūctivum &
sjunctū. E. *copulativū sensum & descensum* vocant, *Descensus*
uando particula copulativa nectit integras pro- *copulativus.*
ositiones. Veluti *Deus est bonus & misericors*, hoc
t, *Deus* est bonus, & *Deus* est misericors. Talem
nsum non habet hæc copulata propositio: *Quin-*
a sunt duo & tria, hoc est, *quinque* sunt Duo, &
inque sunt tria. *Copulatus* autem *sensus* est quan- *Copulatus.*
o particula copulativa nectit (non integras pro-
ositiones, sed partes propositionis quem sen-
m habet superior propositio: *Quinqua sunt duo &*
ia.
Ad eundem modum *disjunctivus sensus* est, in quo 25
articula disjūctiva nectit integras propositiones. *Descensus*
it: *Omnis homo est rationalis aut irrationalis*, hoc est, *disiuncti-*
mnis homo est rationalis, aut *omnis homo* est irra- *vus.*
onalis. Hunc sensum non habet ista enunciatio.
Omne animal est homo aut bestia, nempe: *Omne ani-*
mal est homo, vel *omne animal* est bestia. Sensus igi- *Disjunctus.*
ur *disjunctus* est, cujus particula disjunctiva nectit
artes propositionis, non autem integras propo si-
iones, sicut erat in proximè proposito exemplo:
Idemque est in aliis exemplis, in quibus particula
disjunctiva adhibetur ad distribuendum. Veluti:
Omnis enunciatio est vera vel falsa: *Omnis enunciatio*
est affimata vel negata. *Omnis demonstratio est τὸ ὅτι*
vel τὸ διότι.
Ex his ergo iste *sensus* est *divisus*, in quo parti- 26.
culæ copularivæ vel disjunctivæ sumuntur co- *Quando sit*
pulatim vel disjunctim. Iste autem sensus il- *sensus comp.*
larum propositionum est compositus, qui istas *positus vel*
parti- *divisus.*

particulas sumit copulativè vel disjunctivè. Proin de si propositionum harum aliqua sumatur in sen diviso, quæ habet sensum compositum, aut in sen composito, quæ habet sensum divisum, tùm e struitur sophisma compositionis & division Veluti.

Numerus compositus ex duobus & tribus, est duo & tria.

At quinque non sunt duo aut tria, non inquan quinque sunt duo, nec etiam quinque sun tria.

Ergo quinque non est numerus compositus ex duob & tribus.

Respondeo: Esse sophisma compositionis & divi sionis, quia assumptio sumitur in sensu diviso qu debebat sumi in sensu composito. Omnis enûciati est vera & falsa. At non omnis est vera. E. omnis e falsa. Est sophisma compositionis & divisionis qu propositio habet sensum compositum, deinceps t men sumitur ut in sensu diviso. Idemque est aliis.

27 *Tertiò*: Elenchus iste committitur, quando vo aliqua ad diversas ejusdem sententię partes refer potest, non tamen componitur cum ea, cum q componi debebat: aut non dividitur, ab ea, à qu dividi debet. Veluti: *Qui disputat nunc natus est*: *Q scit literas nunc didicit eas*. Ibi particula *nunc* pote connecti cum parte antecedente *disputat*, & *scit l teras*: & cum parte consequente, *natus est* & *didicit*. Intenditur tamen ejus connexio cum parte antec dente. Ergo sophisticaberis, si sic argumêteris, *Q scit literas nûc didicit eas. Meus parens vel præceptor sc literas. E nunc didicit eas*, quod absurdum est, cu sine dubio parens & præceptor pręsumantur habe scientiam ante filium vel discipulum. Similite *Qui habet prægrandem statuam auream hastam ten*

Tertiò committimus illa fallacia.

ee

em ille eſt valde dives. At Iohannes habet prægrandem
ſtatuam auream haſtam habentẽ . E. Iohannes eſt valde
dives Hic fallacia compoſitionis & diviſionis com-
mittitur, quia in propoſitione vox *auream* connecti
poteſt cum *ſtatua* & *haſta* & eo ſolum in caſu ma-
gnas divitias indicat, ſi grandis illa *ſtatua* ſit *aurea*,
non ſi haſta ſit aurea, quæ parvæ quantitatis eſſe
poteſt. In aſſumptione tamen *aureum* non cum ſta-
tua, ſed cum *haſta* connectitur. Ex his poteſt de a-
liis ſimilibus judicium fieri.
Quartò poteſt iſtud ſophiſma committi ex pro- 28
poſitionibus modalibus. Veluti: *Poſſibile eſt diſpu-* *Quarto cõ-*
tantem ambulare; habet ſenſum compoſitum hu- *mittitur.*
juſmodi: *Poſſibile eſt, eum qui diſputat, interim dum*
diſputat ambulare. Hæc autem propoſitio: *Poſſibile*
eſt ſedentem ambulare, eſt etiam vera, ſed in diviſo
ſenſu. *Poſſibile eſt ſedentem* (non interim dum ſedet,
ſed poſtea,) *ambulare.* Poſſibile eſt prædeſtinatum
damnari, verum eſt in ſenſu diviſo, non autem in
ſenſu compoſito, nempe ſi prædeſtinatus ſumatur
quâ talis eſt & junctâ immutabilitate voluntatis
divinæ. Sophiſma ergò violatæ compoſitionis &
diviſionis erit ſi ſic argumenteris.
Cuicunque poſſibile eſt ambulare poſſibile eſt ut actu 29
ambulet. *Solutio.*
At poſſibile eſt ſedentem ambulare.
Ergo poſſibile eſt ut ſedens actu ambulet.
Solvitur hoc ſophiſma, explicando, quem ſen-
ſum unaquæque propoſitio habeat, ne habenti
ſenſum compoſitum tribuatur diviſus, aut
contra.

Articulus IV.

De FALLACIA Accentus.

Per accentum Logici hoc loco intelligũt, iſtam 30.
affe *Quid hic ſit accentus?*

affectionem vocum quâ æstimatur syllabarũ qu-
titas longa vel brevis : Aspiratio vel non aspirat.
Interrogatio vel assertoria elocutio: pronuncia-
ironica vel secus. Et in his similibus. Aliquando a-
tem hæc fallacia aptior est ad decipiendum: in sc-
pto, aliquando in sermone ut Aristot. docet. l.
Elenchor. c.4.

31 *Quando cõmittatur hæc fallacia.* Igitur *primò* pertinet huc fallacia accentus q-
est secundum syllabarum quantitatem. Ut: M-
non sunt à Domino. In arboribus sunt mala. Er-
illa non sunt à Domino. Hæc fallacia accentus
in voce MALA quæ in propositione primam h-
bet brevem, in assumptione primam longam.

32 2. Fit illa fallacia per varietatem spiritus ten-
vel asperi, vel (in latina lingua) prout vox est
aspirata vel non aspirata. Veluti si in syllogismo p-
misceantur *æra, hæra; omini, homini; hono*; ὄνος. Et
in aliis.

33 3. Cum commiscetur oratio interrogativa
admirativa vel optativa, vel quæ sunt his simil-
cum alia purè asserente veluti: *Qui dicit tibi* rectè
spondisti, *ille te commendat*: *At qui dicit: An rectè
spondisti?* idipsum dicit. Ergò is te commendat.

34 4. Denique: fit illa fallacia, permiscendo prop-
sitionem ironicam cum propria, quæ ideo
hanc fallaciam pertinet, quia oratio Ironica hab-
aliquando alium tonum, quàm orationes ali-
Veluti. *Qui te bonum dicit, ille te laudat. At qui dic-
tibi Heus bone vir curasti probè, te bonum vocat. Er-
is te laudat.*

35 *Solutio.* Solvitur igitur & hæc fallacia, ostendendo v-
rietatem accentus quo facto, statim emer-
gunt quatuor termini, & pro-
inde relinquitur ἀσυλ-
λογισία.

ART

ARTICULUS V.

De fallacia in figura dictionis.

De hoc fallaciæ genere Aristoteles tractat 1. E-
ich. c. 4. Et ponit ejus duas potissimum species. 36
Cum ob similem terminationem eadem duobus *Ejus duæ*
ctio attribuitur. Ut *planta* est generis fæminini. *species sunt*
gò & *planeta*. *Fons* est masculinum. Ergò & *frons*. *secundùm*
ibeo est secundæ conjugationis. Ergò & *abeo*. *De*- *Aristotelem*
le: cum quantum ut quale; aut quale ut quan-
n; aut faciens ut patiens ; aut patiens ut faciens
erba sunt Arist. *d. l.* accipitur, hoc est, cùm com-
scentur distincta prædicamenta ob eorum simi-
udinem. Veluti ædificare est actio. Ergo & vale-
simili enim dicendi forma utrumque affici-
r.

Extendunt tamen Logici interpp. in usu differé-
hanc fallaciam, ad quamvis prædicamentorum 37
rietatem, etiamsi similitudo prolationis non in- *Alia hujus*
veniat. Quanquam verò hæc extensio non est *fallacia ac-*
tis ad mentem Aristotelis nec etiam hoc modo *ceptio exa-*
llacia in figura dictionis, pertinet ad fallacias *minatur.*
cum sed rerum, quæ alias, ut ex superioribus ap-
uit, distinguuntur: Nihilominus res eodem re-
it si huic fallaci prædicamentorum varietati im-
onatur hoc, sive aliud nomen.

Dicitur ergo fallacia figuræ dictionis esse etiam
his exemplis. *Carnem, quam emisti, comedisti.* 38
At crudam carnem emisti. Ergò crudam comedisti.
dquod pependit in cruce edimus in cœna. At corpus
Christi visum & palpatum in cruce pependit. Ergò et-
iam in cœna visum & palpatum edimus. Hìc proposi-
iones loquuntur de substantia Assumptiones de
accidentibus. Et per hoc est paralogismus similis.
Quas manus habuisti in pueritia, eas adhuc
habes. At manus parvas habuisti in pueritia.
Ergò

Ergo eas adhuc habes. Hic variatur substanti& quantitas. Et sic in aliis.

Atque hæ hactenus Aristoteli sunt fallaciæ in verbis: Sequuntur fallaciæ, quæ extra dictionem ab Aristotele dicuntur.

ARTICULUS VI.

De FALLACIA accidentis.

39 Fallacia accidentis prima est inter eas, quas Aristoteles 1. *Elench.c.*4.5. ponit extra dictionem, dicitque hunc paralogismum tunc fieri, cùm qui postulatum fuerit æque rei atque accidenti in Cum enim multa eidem accidant, *inquit*, non necesse & attributis & subjecto, hæc omnia in Nempe cum aliquando de subjecto enunciari fint, quæ enunciantur de illius prædicato, ut A docet. *l. Categ.c.*1. si ea afferantur quæ sub illa re la non comprehenduntur, fallacia accidentis c mittitur.

40. *Varii modi hujus fallaciæ.* Solét autem Logici vulgò hujus rei octo mo ponere sub quatuor paribus. 1. Cum quicquid a matur de prędicato, putatur affirmandum de su cto Veluti: *Animal est generis neutri: Homo est anim Ergo Homo est generis neutri.* Item: *Inflare est res m Scientia inflat, E. scientia est res mala.*

41 2. Aut quicquid negatur de prædicato puta negandum de subjecto. Ut: *Animal non est gen masculini. Homo est animal. Ergo Homo non est gen masculini.* Atque hoc est primum par.

3. Cùm quicquid affirmatur de subjecto puta affirmandum de prædicato Ut: *homo est generis m sculini. Animal (rationale) est homo. E. Animal* (rati nale) *est generis masculini.*

4. A

Aut quicquid negatur de ſubjecto, putatur 41
andum de prædicato. Ut: *homo non eſt generis ri. Animal* (*rationale*) *eſt homo. E. Animal* (*ratio-*) *non eſt generis neutri.* Atque hoc eſt alterum

Cùm de quocunque affirmatur prædicatum, 42
tur affirmandum eſſe ſubjectum. Ut: *homo eſt ial. Equus eſt animal. E. equus eſt homo.*

Aut de quocunque negatur prædicatum, pu- negandum eſſe ſubjectum. Ut: *aptum eſſe ad endas diſciplinas eſt proprietas hominis. At homo eſt proprietas hominis. Ergo homo non eſt aptus ad endas diſciplinas.* Atque hoc eſt tertium par.

Cùm de quocunq; affirmatur ſubjectum, pu- 43
affirmandum eſſe prædicatum, ut ſi quis di- *Animal eſt genus: Album eſt animal. Ergo Album enus.*

Aut denique de quocunque negatur ſubje- , putatur negandum eſſe prædicatum. Ut: *ho- t animal. Equus non eſt homo. Ergò equus non eſt ial.*

tq; hæc de fallacia hac eſt communis interpre- doctrina.

lii tamen ſub hoc fallaciarum genere compre- 44 *Aliorum interpretatio ad hanc fallaciam.*
dunt. 1. Omnes ſyllogiſmos, qui in forma pec- : Veluti eos, qui ſunt ex puris particularibus, egatis, vel affirmati in ſecunda figura. Sed ciam in forma diſtinximus hoc loco à fallaciis ateria ſyllogiſmi. *Deinde* referunt huc ſyllogi- s eos, in quibus mutatur genus ſuppoſitionis, iti materiale in formale, quales ſunt plerique ogiſmi, modò enumerati, in quibus alter termi- ſemel materialiter; poſteà formaliter ſumitur. n *tertiò*: Cum à diviſis ad conjuncta non rectè oceditur. Ut: *Iohannes eſt bonus. Et eſt Muſicus. eſt bonus Muſicus. Denique*: huc pertinent illæ fal-

laciæ, in quibus rebus subjectis imputatur qu… eis aliunde & per accidens conveniunt: Ut: *L… operatur. E. Mala est.* Et. *Scientia inflat. E. a… vendum est.*

Articulus VII.

De fallaciâ à Dicto secundum quid ad di-ctum simpliciter & contra.

45 Duplex hæc est fallacia: aliquando argumentamur ab eo, quod est simpliciter, ad id quod est secundum quid, aliquando ab eo quod est secundum quid, ad id quod est simpliciter. Estque tùm, … quod restrictè dictum est, sumimus generali… quod generaliter dictum est extendimus ad spec… lem casum, qui sub generali propositione excipi… dus erat: aut alioquin ab illimitato ad limitat… fit processus.

46 Igitur à dicto secundum quid ad dictum simpliciter sophisticabitur qui sic concludet: *Bona… non sunt necessaria ad salutem. E. non sunt nece…* Item. *Angelis mandatum est, ut custodiant pios … nes: E. & ut custodiant eos si se de turri aliqua pr… tent.* Prius enim secundum quid dicitur, ne… sint in viis suis. *Misericordiam volo, non sacrifi…* inquit Dominus. *E sacrificium est res abomin… domino.* Non valet consequentia, quia antecedens est dictum secundum quid & attendendo comparationem legis ceremonialis & moralis. Ubi … Deus potius obediri legi morali, præstando misericordiam, quam ceremoniali, offerendo sacrificium.

47 A dicto autem simpliciter ad dictum secundum quid, sophisticamur: quando quæ illimitatè dicta sunt, extenduntur ad speciales casus, veluti: *… reddenda sunt domino. E. etiam domino furioso.* Item. *Non est corpus humanum membris truncandum.* … nequidem manus abscindenda est, cùm est sanitatis … periculum.

[H]uc pertinet Elenchus *à non distributo ad distri*[butu]*m.* A non distributo, inquam, hoc est, à genere [indi]fferenter & illimitatè sumpto, ad distributum, [i]d genus sumptum cum aliqua differentia divi[dent]e. Huc pertinet illud vulgatum sophisma. *Qui* [dicit] *tuas theses esse theses, ille verum dicit. At qui tuas* [dicit e]*sse theses falsas, ille eas dicit esse theses. Ergò qui* [dicit] *tuas theses esse falsas theses verum dicit.* Respon[dendum] [com]rede Elenchum à non distributo ad distribu[tum.] Nam vox, *theses*, in propositione sumitur ut [non] distributa (in veram & falsam) atque adeò [gener]aliter & illimitatè. Nempe *qui dicit tuas the*[ses esse] *theses*, simpliciter loquendo & sine addito [fa]lsitatis vel veritatis, is verum dicit. In assum[ption]e autem sumitur eadem vox ut distributa, [nam] sumitur ibi cum differentia dividente, nempe [fal]*sa*. Simile sophisma est, eodem modo sol[vend]um. *Qui dicit te esse animal, verum dicit. At qui* [dicit] *te esse Animal brutum, dicit te esse animal. E. qui* [dicit t]*e esse animal brutum, verum dicit.* 48. *Elenchus à non distributo ad distributum.*

A R T I C U L U S VIII.

De ignoratione Elenchi.

[Ar]ist. *l.* 1 *Elench. c* 1 §. 4 definit Elenchum, quòd [sit syl]logismus, cum contradictione conclusionis. [Et] *E*[*lench*]*. c.* 5 § 4. Elenchus est contradictio unius [et e]jusdem non nominis sed rei, ac nominis, non [syn]onymi sed ejusdẽ, quæ ex concessis necessariò [colli]gitur, non connumerato eo, quòd in principio [pet]itum fuit, & sumitur secundum idem, & ad [idem], eodemque tempore, eodemque modo. Di[lu]cidiùs: *Elẽchus est nihil aliud quã syllogismus quo* [dir]*e*[*ct*]*è opponitur cõclusioni adversarii. Veluti si tu dicas:* [Chri]*stus non est Messias*: Ego *Christus est Messias.* 49 *Elenchus quid?*

Tum Elenchus meus, erit Elenchus, si ejus concl-
sio hæc sit: *E. Christus est Messias*. Hæc enim conclu-
sio est contradictoria ad tuam assertionem, atqui
hic hactenus Elenchus est.

50. *Quid ignoratio Elenchi?*

Ignoratio igitur Elenchi est, cùm cōclusio me-
non contradicit tuæ assertioni, veluti, si dicis tu
Animam hominis esse immortalem. Ego autem pro-
bem: *Animam bruti non esse immortalem*, tum ego
committo ignorationem Elenchi. Istæ enim non
contradicunt: Anima hominis est immortalis,
anima bruti non est immortalis.

51 Est tamen observandum: Cùm Arist. requirit
quòd Elenchus continere debeat contradicto-
conclusionis, quod id non sit necessariò form-
intelligendum. Satis enim est si sit virtualite-
enim si tu dicas: *Omnia poma flava sunt*: Et ego de-

Quomodo Elenchus postu'et contradictionē?

monstrem: *Nulla poma flava esse*, non com-
to ignorationem Elenchi, & si non contradicto-
sed contrariam propositionem tuæ assertioni o-
ponam. Et ratio est, quia propositiones con-
sunt virtualiter contradictoriæ. Qui enim pro-
Nulla poma flava esse, hoc ipso probat, ejus sub-
nam: *Quædam poma flava non esse*. At hæc con-
cit thesi adversarii: Ita si ego dicam: Apostolo-
resurrectionem domini non debuisse abire a-
tes: Et tu probes: Eos ita facere debuisse, post re-
rectionem. Aut ego dicam: Aerem esse calidum
state, & tu probes eum non esse calidum hy-
committis utrobique Elenchum alieni.

52. *Elenchus alieni vel ἑτεροζήτησις*

Diciturque adeò hæc Elenchi ignoratio
nomine *sophisma ἑτεροζητήσεως*, hoc est, alienæ quæ-
stionis, vel etiam sophisma alieni. Quando
adversarius meus non contradicit meæ asser-
tùm fingit sibi in syllogismo suo aliam quæ-
nem, cum qua mihi nihil est commercii.

S

ſolent tamen aliqui Logici ignorationem Elen- ſic exponere, ut eam dicant tùm committi, ando ex præmiſſis non rectè inferuntur termini nvicem contradictorii, quo in caſu non conſi- ignoratio Elenchi, in ordine ad Theſin alterius, ſtando in uno ſyllogiſmo ſeorſim. Veluti: *Petrus lièpradicat. Et non neceſſariò prædicat. Ergò præ- t & non prædicat: Æthiops eſt albus dentes: Et non lbus cæteroquin. Ergò eſt albus, & non eſt albus.* de eadem re colliguntur contradictoria in cõ- ione, per ignorationem Elenchi, quia non ſunt è contradictoria, quæ intelliguntur ſecundum d & aliud. 53.

54 Solutio hujus ſophiſmatis conſiſtit in eo, ut o- datur ſyllogiſmum adverſarii non contradice- neæ heſi; Vel quæ in concluſione colliguntur tradictoria, intelligi ſecundum aliud atque a- l, per violationem conditionum, quæ ad con- dictionem aliâs requiruntur.

Solutio hujus ſophiſmatis.

A R T I C U L U S IX.

De petitione principii.

65. Fallacia petitionis principii committitur, cùm o medio ſumitur id, de quo quæritur. Ariſtoteles cat hoc ſophiſma τῦ λαμβανομένυ ἐν ἀρχῆ, quia vi- licet quæſtio eſt initium argumentandi, proin- e qui aſſumit ipſam vel totam quæſtionem, vel artes ejus, pro medio termino, ille accipit id uod initiò propoſitum erat, atque ita petit prin- ipium:

Petitio principii quid ſit?

56 Committitur autem hoc ſophiſma. 1. Cùm ar- gumentatio fit à ſynonymo ad Synonymum veluti: i quis probet dialecticam non eſſe artem, inde

Quando cõmittatur?

quod Logica non sit ars. Aut, voluptatem esse summum bonum, quia jucunditas sit summum bonum.

Præterea, verò aliquando committitur hæc petitio principii aliter, veluti. 2. Cum ex definitione ad definitum, aut contra fit argumentatio: Veluti si probes voluptatem esse summum bonum, quia qualitas afficiens sensum &c. sit summum bonum.

3. Si ex universali progrediaris ad particulare. Ut: Si probes Johannem esse mortalem, quia omnis homo sit mortalis.

4. Si ex singularibus progrediaris ad universale. Veluti si probes: Oppositorum esse eandem scientiam, quia relatorum, adversorũ &c. sit sciẽtia eadem.

5. Si conclusio sumatur per partes in antecedente. Veluti, si controvertatur: an medicina sit scientia sani & ægri, & tu id probes inde, quia medicina sit scientia sani & sit scientia ægri.

Deniq; si argumentatio instituatur inter Relata. Veluti si dubitaretur: An Alexãder sit filius Philippi, & tu probes inde, quia Philippus est pater Alexandri.

37 Dixi. Ita *aliquando committi* petitionem principii, quia sunt quandoque singulæ istæ argumentationes idoneæ & non sophisticæ, quanquã & fieri potest, ut à synonymo ad synonymum aliquando per hypothesin bona fiat argumentatio. Proinde argumentationes non sunt vitiosæ ex natura argumentationis, cùm contineant quandoq; bonã consequentiam, sed solùm sunt vitiosæ *ad hominẽ* ut solent appellari, h.e. quando Respondens ita affectus est, ut de utroque æquè dubitet: Veluti: *An Philippus sit pater Alexandri & an Alexander sit filius Philippi?* & sic in cæteris Id, inquam, quando contingit, ut de medio æquè dubitetur, ac de quæstione, tunc fallacia petitionis principii committitur. Scribitur

fall

autem cùm oſtenditur, æque hoc obſcurum eſ-
c iſtud.

ARTICULUS X.

De fallacia conſequentis.

Fallacia conſequentis committitur, cùm unum
tatur conſequi ad aliud, non tamen conſequitur. 58
luti. 1. Cùm putatur, ſicut cōſequens ſequitur ad
tecedens, ita etiam antecedens ſequi ad conſe-
ens. Veluti: *Si paulò ante pluit terra eſt madefacta:*
ò ſi eſt madefacta terra paulò ante pluit.
2. Cum putatur ad oppoſitum antecedentis ſe-
oppoſitum conſequentis, nec tamen ſequitur.
luti: *Si paulò ante pluit terra eſt madefacta. Ergò ſi*
lò ante non pluit, terra non eſt madefacta. Utrobi-
eilla argumentatio non procedit, quia illa hu-
ctatio terræ poteſt aliunde eſſe, veluti: ex reſo-
ione nivis, grandinis, pruinæ, roris, glaciei & c.
teſtque illud utrumque ſophiſma reſolvi ex do-
inâ ſyllogiſmorum cōnexorum, & ſic referri ad
phiſmata in forma. Nam prior modus procedit à
ſitione conſequentis ad poſitionem antece-
ntis: aliter procedit à remotione antecedentis
remotionem conſequentis qui modi ſunt ſophi,
ici in ſyllogiſmis connexis ut eſt ſuo loco in ſupe-
oribus ſatis expoſitum.
Solentque vulgò in his generibus abſolvere Lo- 59
ici fallaciam conſequentis: Sed tamen Ariſtoteles
1, *Elench.* c. 5. § 7. Etiam hanc ponit fallaciam con-
equentis, quando ſtando, in una aliqua propoſitio-
ne connexa, termini cohærent contingenter. *Tales*
ſunt oratoriæ demonſtrationes, inquit Ariſtoteles, *quæ*
à ſigno ducuntur, & conſequentibus Nam volente oſtē-
dere: Mœchum eſſe, cōſequēs ſumunt, nimirū, accuratiùs
eſſe comptum, noctu oberrantem conſpici. Multis n. hæc
inſunt, quibus attributum non ineſt. Hactenus Ariſto-

teles. Fallacia ergo hæc erit si dicas : Si Johan
noctu oberrat, aut comptior est aliis, est mœc[us.]

60 Solvitur hoc Sophisma, in prioribus quide[m,] o-
stendendo vitium formæ : In posteriori autem, o-
stendendo consequens cum antecedente co[n]tin-
genter cohærere, & multis ista inesse, quib[us]
tributum non insit.

ARTICULUS XI.

De fallacia non causæ, ut causæ.

61. Quid fallacia non causæ ut causæ sit, fac
ipso nomine intelligitur, quòd sit tùm, qu
pro causa assumitur id, quod revera non est c
Vox causæ, quid hoc significet? Non tamen vox causæ nunc strictè inte
tur pro causa rei, se pro causa rei, vel e
illationis. Veluti sic est fallacia non causæ ut ca
in accusatione lupi, adversus ovem apud Æso
Tu bibis simul me bibente. Ergò mihi turbas aq
Item: *Rhetores utuntur arte sua ad inescandum si*
cem & defraudandos homines. E. Rhetoricæ usus n
permittẽdus in Republica. Hoc est sophisma à nõ
sa ut causa, quia iste effectus Rhetorum, no
idonea causa, ex qua possit inferri, quod Rep
ea exire debeant. Ita nempe & effectus potest
pro medio termino in hac fallacia non causæ.

62 Pertinet & huc illud sophisma: *Si nullum tem[pus]*
esset, nox non esset. Si nox non esset, dies esset. Si dies [es]set,
tempus esset. E. si nullum tempus esset, tempus esset, q
absurdissimum, quia continet duo contradict[or]ia.
Falsum ergò est, quod in propositione dicitur *Si*
nullum tempus esset, nox non esset. Hic inquam, [co]-
mittitur fallacia nõ causæ ut causæ; quia cur seq[ua]-
tur falsa cõclusio, in causa non est prima præmi[ssa,]
sed secunda, Neq; enim si motus solis non esset

eat

itante mundi creationem, dies esset, deficiente
ãc. Hæc ergo falsa præmissa in causa fuit, cur se-
eretur falsa conclusio, non autem ista, quæ in so-
ismate assumebatur.

ARTICULUS XII.

De fallacia πολυζητήσεως sive plurium interrogationum.

Fallacia plurium interrogationum committi- 63
,quando plura in quæstionem vocantur, ut non
sit Catagoricè responderi, per ita vel non. Fit au-
n hoc trifariam. 1. Cum unum de pluribus in-
rogatur. Ut: *Sintne Petrus & Paulus Apostolus.*
Cum plura interrogantur de uno. Ut: *Sitne Pau-
Apostolus & Evangelista.* 3. Cum plura de pluri-
is interrogantur; ut, *Sitne Lucas & Petrus Aposto-
& Evangelista?* Hic enim si respondeas affirmã-
vel negando, erit adversario vel interrogãti
casio sophisticandi. Si enim affirmes, argumen-
bitur de Petro quod non sit Evangelista, & de Lu-
quod non sit Apostolus. Si verò neges, ostendet
etrum esse Apostolũ, & Lucam esse Evangelistam.
t sic in cæteris.

Diluetur hoc sophisma, si plures interrogationes 64
rius resolvantur, in simpliciores quæstiones. Solutio

TITULUS IV.

DE SOLUTIONE SOPHISMATUM.

De solutione fallaciarum in Particulari aliquo- 65
ties dictum est, cum de particularibus fallaciis a-
ctum est, quia tamen Aristoteles specialiter, multis
adductis utilitatibus hujus doctrinæ, commen-

dat solutionem fallaciarum *lib.2. Elench.c.1.seq.* i[deo]circò peculiariter hac de re aliquid addo.

66. *De solutione ad formam.* Igitur.1. Solutio fallaciæ, quæ est in forma, [f]it indicando canonem consequentiæ, contra quem pugnat syllogismi dispositio. Veluti si dicatur tibi: *Asinus habet aures, tu habes aures, ergò tu es asinus.* Respondebis: in secunda figura non debere fieri affirmativos syllogismos, adeoque in isto syllogismo, qui est ex puris affirmativis non esse bonam consequentiam.

67 *Solutio per distinctionẽ.* *Secundus* Modus (isq; ad materiam syllogismi respondẽdi, est per distinctionem: quem commendat Arist. *l.2. Elench.c 2.§.8.seqq.& c.3.§.17* Solet autem adhiberi ad sophisma æquivocationis, Amphiboliæ & aliarum fallaciarum in dictione consistentium. Hæ enim omnes fundantur in ambiguitate vocũ: Veluti. *Canis est animal. Quædam stella est canis. E. Quædam stella est, animal.* Respondebis distinguendo vocem canis quæ aliter accipitur in Majori, aliter in Minori.

68 *Per inficiationem.* *Tertiò*: respondetur per inficiationem, de qua Aristoteles 2. *Elench.cap.3* Habetque locum quando præmissa al[iqu]a falsa est.

69 *Per retorsionem.* *Quartò*: respõdetur per retorsionem. Hermogenes vocat responsionem κατὰ τὸ βίαιον. Ita Christus *Matth.*15. ait ad mulierẽ Chananæam panem filiorum non esse canibus projiciendum. Respondet mulier illa κατὰ βίαιον. Imò canibus debentur micæ de mensis dominorum suorum.

70 *Per concessionem.* *Quintò*: Respondetur per concessionem, cum scilicet objectio adversarii facit pro nobis & contra sententiam adversarii. Fit hæc per particulam [...], apud Arist. 2. *Elenc.c.2.§.13.* Et vocatur ab aliquibus responsio κατὰ παρομολογίαν.

71. *Per instantiam.* *Sextò*: Respondetur per instantiam. Hic modus respondẽdi est per διέξοδον, unde vulgo dicitur, [...]ò instan-

stantia non solvat argumenta. Estque tùm hoc
pondendi genus, quãdo alia objectio opponitur
versatio. Pertinet huc responsio κατ' ἀνθυποφορὰν
m alia fortior objectio opponitur. Ita cum Pha-
æi Christum interrogant, *cujus potestate id faceret?*
spondet Christus κατ' ἀνθυποφορὰν: *Dicite mihi:*
ptismus Iohannis an erat de cœlo, an ex hominibus?*
Septimò: Respõdetur per deductionem ad absur- 72
m. Fitq; tùm, quando indicatur, conclusionem *Per dedu-*
versarii parere manifestam absurditatem. Veluti: *ctionem ad*
cõclusio alicujus Calviniani hæc sit. *Ergò Deus est* *absurdum.*
tor peccati. Ego per deductionem ad absurdum
pondeo. Si Deus est autor peccati. Ergò vult
ccatum. Neque enim producit Deus quicquã in-
situm. Si autem Deus vult peccatum. E. pecca-
m est bonum & sic peccatum non est peccatum:
ia quicquid est volitum à Deo, hoc ipso bonum
, cum ratio boni consistat in conformitate ad
luntatem divinam. Plurima Aristoteles habet.
. *Elench. cap. 3. seqq.* quæ particulatim pertinet ad
æq; sophismata veluti, quomodo sit solvendum
phisma ἀμφιβολίας, compositionis & divisionis
c. Sed ea persequi nostri instituti non est. Quan-
umque ad hanc rem sit necessarium, ex dictis ha-
eri potest.

Methodus autem ordinaria respondẽdi est hæc. 73.
Dispicitur de forma. An nempe syllogismus con- *Methodus*
tuam habeat dispositionem. Si secus sit statim reji *solvendi so-*
itur & ulteriori responsione opus non est, nisi spe- *phismata.*
ialiter de cætero placeat ad rem respondere. 2. Ex-
penditur veritas præmissarum: si ea in una vel al-
tera non sit, ejus probatio petitur. 3. Providetur:
an syllogismus laboret aliquo materiæ vitio, veluti
homonymiâ, amphiboliâ, an procedat à dicto se-
cundum quid ad dictum simpliciter; an componẽ-
da dividat, aut dividenda componat, & quæ alia

anteq

antea sophismata sunt recensita. Illorum vitium aliquod si inveniatur, indicatur & retexitur. Ani- adduntur quandoque retorsiones, concessiones, instantiæ vel deductiones ad absurdum. Atque hæc hactenus de syllogismo satis sunto: sequitur de Methodo.

CAPUT XVIII.

De Methodo.

1. Hactenus fuit de syllogismo: sequitur Methodus.

2. Methodus est dianoia, inter ari axiomata homogenea ordinem constituens.

3. Estque Naturalis vel arbitraria.

4. Naturalis est, quæ postulat fieri juxta ductum naturæ, ordinem præscribentis.

5. Arbitraria, quæ fit non aliunde quàm ex arbitrio ordinantis.

6. Est autem Methodus naturalis universalis vel particularis.

7. Universalis methodus est dispositio integræ disciplinæ, veluti Metaphysicæ, Logicæ, Physicæ, Jurisprudentiæ, Ethicæ.

8. Estque Synthetica vel Analytica.

9. Synthetica est quæ procedit à causis ad effecta, à simplicibus ad composita: qualis est in disciplinis speculativis.

10. Analytica est, quæ procedit ab effe- ctis

sad causas: à compositis ad simplicia, qua-
estin disciplinis practicis.

11. Methodus particularis est, quæ (non integris disciplinis, sed) particularibus ematibus spectatur.

12. Thematum illorum aliud est simplex ud conjunctum.

13. Simplex: veluti si Methodus sit con- uenda doctrinæ de homine, vel cœlo, vel risto, vel usu fructu, vel Hydrope.

14. Conjunctum: veluti; si tractandum aliquod problema, vel integra oratio.

14. Ad conjunctum thema pertinet Me- odus respondendi & opponendi adeoque sputandi. Item Methodus resolvendi au- res: Vulgò vocant ἀνάλυσιν.

COMMENTARIVS.

In hoc capite. 1. tractandum est de voce Metho- .Tùm de ejus definitione, & quæ aliâs generaliter Methodo constituenda sunt. 3. De divisione Me- hodi in naturalem & arbitrariam. 4. De Metho- divisione in universalem & particularem. Tùm e Methodo universali generatim. 6. De Methodo Synthetica. 7. De Methodo Analytica. 8. De Me- thodo particulari: Et in specie quidem, de Methodo Thematis simplicis. 9. De Methodo tractandi the- ma conjunctum. 10. De Methodo disputandi, & dehinc de Methodo resolvendi, sive Analyσεως. Vi- deri potest: Addi hic debere particularia de Metho- do do-

Proponuntur tractanda.

Methodus docendi & discendi.

do docendi & discendi: Sed ea, quantum ad logi-cam pertinet, coincidit cum Methodo tractandorum Thematum. Eam enim si quis observet, utique bonus erit didacticus. Alia autem quæ ad hanc rem sunt, pro docente & discente necessaria, non ex Logica sed Politica petenda sunt. Ea nempe sicut omnibus hominibus in Republica munia sua præscribit, ita præceptorem etiam & discipulum docet, quomodo officio suo rectè fungi debeat.

TITULUS I.

DE VOCE METHODI.

2. *Vnde dicatur Methodus.* Et Methodi quidem vocem quod concernit, dicitur Methodus Græca derivatione ex μετὰ & ὁδὸς, estque adeo ex vi nominis est nihil aliud, quàm via vel *processus*, vel *transitus*. Nempe sicut via significat tractum à termino à quo, ad terminum ad quem: ita & Methodus significat transitum ab uno termino, facilioribus puta, ad terminum alium, puta difficiliora & ignotiora.

3. *Ambiguitas in voce Methodi.* Est autē præterea vox Methodi ambigua. Igitur 1. Methodus aliquando significat nihil aliud quàm scientiam vel disciplinam, idq; propterea quod utitur methodo. Frequens enim est ut instrumenta Logica applicata ad scientias, ibi retineant priora nomina. Vide Zabarellam *l. 1 de Method. c. 2 p. 35.*

4. Deinde: Methodus significat processum, in quo ex unius cognitione deducimur in cognitionem alterius. Vnde Methodus reperitur in quâlibet particulâ ordinatæ tractationis, cui processus Syllogisticus à causâ ad effectum, vel ab effectu ad causam inest. Ad hunc ergò modum Methodus verè nihil *Ordo & Methodus quomodo differant.* aliud est, quam syllogismus & definitio Methodi defin-

nitione syllogismi non differt. Atq; sic aliud est hodus, aliud ordo, sumiturq; ad hunc modum Methodi à Zabarella in toto tractatu de Me- lis. Vide. *l. 1. de Methed. cap. 2. 3. & lib. 3. cap. 2.* alibi. Dubitant aliqui, an ad hunc modum vox hodi accipiatur uspiam ab Arist. Ita Pacius, *In- g. c. 22.* & Kekker. *l. 3 syst. Logic. part. post. c. 1. p. 579.*

ertiò igitur Methodus est nihil aliud quã pro- 5.
is continens ordinem vel dispositionem partiũ tationis. Atq; sic etiam Aristotelem hãc vocem pere saepè docet idem Zabarella. *l. 1. de Methodo. p. 145.* Atq; sic nunc de Methodo agitur divinâ ère, quâ nihil vel in animo vel opere sapientis dmirabilius, dicente Scalig. *Exerc.* 2. Ita nempe hodus & intellectum juvat, & judicium confir- & memoriae auxiliatur, ut non immeritò Plato *ileb.* eam δόσιν θεῶν εἰς ἀνθρώπους vocârit.

TITULUS II.

DEFINITIONE, NATURA ET PRO- *prietatibus Methodi in genere.*

abarella *l. 3 de Method. c. 2* Methodum sic defi- 6
Methodus est intellectuale instrumentum, faciens ex s cognitionem ignoti. Sed revera est haec definitio or, quia simpliciter convenit syllogismo. Est ta- nomninò discrimen inter syllogismum & Me- dum. Nam. 1. Syllogismus intra suos angustos minos coercetur, nempe tres propositiones. At thodus complectitur integram tractationem & oinde in se longe plures propositiones, imò in- gros syllogismos includit. Deinde in syllogismo quibus positis aliud, ex necessitate sequitur, ut istoteles docet. 1. *Prior. c. 1* Veluti positis his duo- s: *Homo est animal. Petrus est homo*, impossi- le est quin aliud sequatur, quam: *Ergo Petrus est animal.*

Definitio Zabarellae.

Discrimen methodi & syllogismi.

animal. Sed in discursu Methodico id non est No solum quando Methodus est arbitraria, sed iam quando Methodus alia est. Ita si ponas theo[re]ma hoc: *Dialectica est ars bene disserendi.* Tum p[er]inde est, ad rationem Methodi, sive illi annectias Theorema de æquipollenti vocabulo Logicæ, si[ve] de divisione Logicæ, aliudve. Et sic in aliis. Qua[m]o[b]rem diligentiùs observanda sunt, quòd Zabarell[a] Methodum nihil aliud esse vult quam syllogism[um] loco prius dicto.

7 **Alia definitio.** Atque ita melior est illa definitio, quam su[m]mine ordinis tradit, *lib. 1. de Method. c.* 11. Ordo est instrumentalis habitus, per quem apti sumus cujusque disciplinæ partes ita disponere, ut qua[m]fieri possit, optimè ac facilimè discatur: Qua[m]quam hæc etiam definitio ex eo capite est angustior, quia loquitur solùm de definitione Methodi universalis, h.e. quæ integris disciplinis applicatur, ut non diffitetur Zabarella. *l.* 2. *de Methodo. c.* 20. Cu[m] interim Methodus etiam aliarum tractationum d[i]spositionem complectatur.

8 **Definitio Ramea.** Ramus *l.* 2. *Dial. c.* 17. sic definit: *Methodus est dianoia variorum axiomatum homogeneorum pro naturæ suæ claritate præpositorum. Unde omnium inter se convenientia judicatur, memoriaq; comprehenditur.* [S]ed quia illa verba (*pro naturæ suæ claritate*) minu[s] commode ponuntur, cùm Methodus non semper ordinem naturæ imitetur, ideircò concinniùs & breviùs ita habet nostra definitio. **Propria.** *Methodus est dianoia, varia axiomata homogenea ordinem cõstituens*: quam si quis supplere velit addendo finem qui est, ju[vare] intellectum ad faciliorem cognitionem, quod Zabarella exigit. *l.* 1. *de Method. cap.* 4. & 11. non repugno.

9 **Genus Methodi.** Igitur Methodus ratione generis dicitur διάνοια sive *discursus*, quæ vox satis exposita est supra ... sy[llogismo].

ogiſmi definitionem, unde repete: ſignificatque
il aliud, quam convenientiam ſyllogiſmi cum
thodo. Utrumque enim iſtud inſtrumentum
ricum, pertinet ad operationem mentis diſcur-
m, quâ videlicet intellectus unum poſt aliud
noſcit. Diſcurſus autem continetur in metho-
liquando continuus, aliquando diſcretus. Cùm
licet à generalibus ad ſpecialia v. g. eſt proceſ-
ethodi, tùm eſt diſcurſus continuus. Cùm ve-
oceſſus methodi eſt à ſpecie una ad ſpeciem a-
, eſt diſcurſus diſcretus, juxta differẽtias ſupra
natas. Syllogiſmus autem ſemper procedit di-
u continuo.

ia quæ porrò in definitione methodi ponun- 16
pertinent ad differentiam methodi, & intelli-
ur ex dicendis, de proprietatibus methodi.

De generalibus proprietatibus & attributis Methodi.

Omnis methodus continet propoſitiones varias. 11
is enim Methodus continet prius & poſterius,
oc ipſum inſinuat multitudinem axiomatum.
ue hoc ipſum non ſolùm in methodo diſcipli-
m, ſed etiam particularium thematum, ut in
erioribus apparebit. Varia, inquam, debent eſ-
iomata, veluti, in Phyſica, methodicè diſponẽ.
aliud theorema eſt de corpore in genere, aliud
orpore in ſpecie, veluti, cœlo, aere, planta,
ine: Aliud eſt de corporis naturalis principio,
iti de natura, materia, forma, anima &c. Aliud
le corporis ejuſdẽ affectione, veluti de motu,
, calore, frigore, potentiâ nutritiva, ſenſitiva,
llectiva & ſic in aliis.

. *Theoremata per methodum ordinanda debent* 52

 eſſe

esse homogenea. Ὁμογένεια hic nō significat esse
habitudinem prædicati ad subjectum, quo
homogeneum est, dicere, Hominem esse risi
Homogeneum autem nō est, hominem esse
bilem. Sed ὁμογένεια illa significat habitudin
integri axiomatis ad aliud. Ita homogene
theoremata, quorum singula sint de tropis:
quæ sunt de speciebus numerationum: Et al
sunt de corporibus naturalibus.

13. *Homogenea quæ sint in disciplinis theoreticis.* Et in disciplinis quidem theoreticis illa
homogenea, quę ad idem subjectū pertinēt.
ctū n. est mēsura in disciplinis theoreticis. P
in physicis omnia illa theoremata sunt ho
nea, quæ sunt de corporibus naturalibus. In
physicis sunt homogenea, quæ sunt de Ente
cto à materia secundū rem & rationem: In G
tria, quæ sunt de quantitate continua. In Ar
tica, quæ sunt de quantitate discreta sive nu

14 *In disciplinis practicis.* In disciplinis autem practicis ὁμογένεια t
matum sumitur per ordinem ad finem, qui i
mensura est. In logicis ergo sunt homogen
pertinent ad modos disserendi: In Gramm
quæ ad loquendum, in Rhetoricis, quæ ad
dum: In Poeticis, quæ ad rem metricam f
Itidemque ad Ethicam pertinent, quæ refe
ad acquirendam beatitudinem civilem: Ad
cam, quæ bonum faciunt civem: ad Oeco
cam, quæ faciunt bonum patremfamiliâs.

15 *Quæ in particularibus thematibus.* In particularium autē thematum tractati
militer ea censentur homogenea, quæ ad
dem expositionem pertinent, veluti in coru
ctatione specialius apparebit.

16. Atque ita, si Logico offerantur disponen
ria præcepta, quæ homogenea non sunt,
quorum aliud loquitur de prima figura, al
lionia, aliud de syntaxi vocabulorum, al

plicatione, aliud de cantu molli, ea disponere
poterit Logicus beneficio artis suæ, ut ex illis
m disciplinam vel systema methodicũ efficiat.
que huc refertur, quod eleganter Galenus ait *de*
sect. ad Thras. πᾶν θεώρημα ἀκόλουθον εἶναι δεῖ ταῖς
θείσαις ἀρχαῖς, καὶ πρὸς τὰ λοιπὰ θεωρήματα. Præ-
a omnia propositis principiis & reliquis præ-
is convenientia esse oportet. Vide Dounamum
gicis in Prolegom. p. 29. & l. 2 c. 17 p. 757.
II. *Methodus illa axiomata varia & homogenea* 17
nare docet & disponere. Fuit hactenus, materia
hodicæ tractationi præscripta, præcepta nimi-
vel theoremata varia & homogenea. Jam do-
lum est, quid circa illam materiam præstare
eat methodus. Debet igitur methodus ab isti-
odi theorematibus tollere confusionem, & cõ-
lere ordinem. Sicut nempe syllogismus juvat
llectum, in formandis consequentiis, ita me-
dus juvat intellectum in removenda ἀταξία, &
ucendo ordine. Eleganti hoc simili describit
rellus *de ver. ætern. p. 190.* Similis, inquam, est
o militi bene disposito. Ibi dux militiæ, ut suum
fligendo superet hostem, exercitum conscribit,
uidem cura duplici, tum ut militem habeat de-
um, ne quis ad prælium adhibeatur qui non sit
iter pugnaturus: tum etiam, ut boni milites bo-
& convenienti ordine disponantur. Licet enim
se miles quilibet pugnando suum faciat officiũ,
omnes tamen conjunctim rem benè & præclarè
ant, certis oportet disponi classibus.
Exhibeantur ergo tibi varia theoremata: Dispi- 18.
s hic primum, ut homogenea ab heterogeneis
ares. Sunto ergo jam varia axiomata, omnia ho-
ogenea, veluti unum theorema de prima figura,
ud de syllogismo cõnexo, aliud de dilẽmate, aliud
argumẽto cõtrariorũ, aliud de ꝓpositione gene-

aliud de contradictione propositionam, aliud
loco causæ, & sic in universum omnia reliqua, quæ
ad disserendū faciūt. Hæc, ut apparet, sunt sa... con-
fusè data & proposita, conturbentur etiam illa,
commisceantur promiscuè, non secus ac solli...
ludo (quo exēploRamus utitur) in glückssh... sen...
conturbari solent injectæ chartulæ. Jam igitur Lo-
gica per methodi doctrinam præstat, ut singula
aptè ad invicem connectantur, hoc præcedat, ...
quatur aliud, ut eo ordine cōstituto sit e leg... o-
mnium catena, alia ex aliis pendeāt, illustrentur, ...
faciliùs ac feliciùs singula memoriâ compre...
dantur.

15 Cum igitur omnis ordo progrediatur à ...
ad posterius, vidēdum nunc est, quomodo illa pro-
gressio sit in Methodo, unde inquam, inchoari de-
beat, ubi debeat terminari. Igitur

QUÆRITUR:

Vnde debeat Methodus progredi.

20 Hac in re inprimis est acris disceptatio inter Za-
barellam & Piccolomineū, quorum iste *in lib. de*
Metho. & lib. 1. *Apolog.* Disputat: ordinem doctri-
(de quo solùm hic cōtroversia est) sumi non à na-
tura clarioribus, sed cognitu facilioribus. Piccolo-
mineus verò à natura clarioribus inchoat ordinem
Idque Ramus etiam tuetur definitione sua Metho-
di, quæ prius est relata. Complectar hanc rem di-
stinctis assertionibus.

Expenditur ordo dignitatis.

21 1. *Non necessariò servatur ordo dignitatis, ut ...*
prius doceatur & tractetur, quod est præstantius Ita
homo sit res nobilissima inter corpora naturalia, o-
mnium tamen ultimò in physicis docetur, ut ... tel-
ligatur

aturomnes res naturales aliæ, ad ipſum deſti.
Anima rationalis eſt nobiliſſima anima, & ta-
& ipſa ultimò docetur. In Rhetoricis meta-
ra eſt nobiliſſimus tropus: in Logicis doctrina
giſmi vel Methodi: In politicis Magiſtratus:
r virtutes morales juſtitia, & ſic in aliis,
ue tamen iſta in iſtis diſciplinis primum docé-
Ratio eſt, quia Methodus comparatur ad fa-
rem notitiam & memoriam, ad hunc autem
n dignitas rei nihil facit.
ixi *non neceſſariò*. Nam frequenter, inprimiſque 22
cætera ſunt paria, in Methodo arbitraria ſe- *Quando*
iur ordinem dignitatis. Ita Ariſt *l. 2. de an* prius *adhibeatur*
de viſu, quam de cæteris ſenſibus, quia ille eſt *ordo digni-*
liſſimus. Inter metalla primò agitur de auro & *tatis.*
nto: Inter gemmas, de adamante: Inter for-
Rerumpublicarum de Monarchia, inter figu-
yllogiſmorum de illa, in qua medius terminus
ubjectum in propoſitione, & prædicatum in
nptione. Atque ad hunc modum Ariſt. 2. *de*
ibus animal. c. 10. ab homine auſpicandum cen-
quia ſit res nobiliſſima. Bonaque eſt hæc ratio,
ethodum arbitrariam; unde nimirum incline.
arbitrium ordinantis, cur potius de hoc quàm
prius agere velit.

Expenditur ordo temporis.

. *In Methodo non neceſſariò ſervatur ordo tempo-* 23
Ita Herbæ primum, deinde luminaria in cœlo,
aceps reptilia, aquatilia & volatilia & denique
mo factus eſt, ut indicat hiſtoria creationis,
neſ. 1. Is tñ ordo non neceſſariò tenetur in Phyſi-
Sicut neque in inſtitutione, is ordo neceſſariò
ſervatur. Primum cōſtitutæ ſunt diſciplinæ mo-
es: dehinc, ſpeculativæ diſciplinæ, & inter eas ul-
iò metaphyſica, ut Ariſt. docet. 1. *Metaph. cap.* 2 is

tamen ordo in instituendo non est necessariu. Idē que est in aliis. Iterum dixi *non necessariò*, & q ene raliter loquendo. Nam Methodus historiam & Chronologiæ postulat utiq; fieri secundum ordinem temporis.

Expenditur ordo loci.

24 III. *Methodus non etiam imitatur necessariò ordi loci.* Veluti: ut illud prius dicatur & doceatur quod loco prius est. Nam & rarò illa prioritas invenitur. Et cùm invenitur, rebus tractandis contingens & accidentalis est. Neq; necessarium est exinde prius agere de cœlo & cœlestibus, posteà igni & ignitis, tum de aere & aereis. posteà de aqua & aquatibus. Et deniq; de terra & terrestribus, vel subterraneis.

Expenditur ordo à causa ad effectum.

25 IV. *Methodus non procedit necessariò à causa ad effectū* Ita patet ex Aristotele, qui prius egit de summo bono, *in lib. 1. Ethic. Nicom.* posteà egit de virtutibus, felicitatem conferentibus. Et ratio est quia disciplinæ practicæ destinantur ad operādum. Unde quæ ratio ad operādum est facilior, ea etiam in disciplinis tractandis est expeditior. Felicissimè & alacerrimè suscipitur operatio, si prius finis diligenter sit cognitus ejusdemq; bonitas & excellentia. Idemque est in aliis. Confer Aristot. *l. 7. Ethic. c. 8. & libro 7. Metaph. t. 23.*

26 Hoc autem est quod volo, quod non sit generalis Methodi conditio, progredi à causa ad effectum. Quòd ipsum etiam in prioribus probatū est. Nam aliâs tractatio rerum naturalium aliter fieri non posset, quàm eam tractationem ex principiis deducendo, ut Arist. docet *lib. 1. Phys. in Proœmio*, idemque est in omnibus disciplinis, quæ postulant ordinem Syntheticum.

Expenditur progressus, à parte ad totum.

V. Methodus non progreditur necessariò à parte ad 27
*m.*Ita patet ex conditione ordinis resolutivi. Il-
im à toto ad partes progreditur. Ita in Politi-
agitur priùs de republica, posteà de membris,
est civibus Reipublicæ. Ita Aristot. 1. *prior. cap.* 1.
is agit de propositione, posteà de terminis, qui
t partes propositionis Idemque quandoque fieri
t in partibus disciplinarum theoreticarum. Ita
hysicis prius solet agi de mundo, posteà de illis,
e in mundo continentur: Et de animali priùs,
teà de partibus ejus, anima, inquam, & corpore
Idemque membris continentibus & contentis
ilaribus & dissimilaribus.

Expenditur processus à natura prioribus.

VI. *Non orditur semper Methodus à natura priori-* 28.
*u.*Et de hoc quidẽ potissima est, quam dixi, quæ-
io. Sequitur tamen hæc assertio ex prioribus.
am causa natura prior est effecto. Et pars toto.
lec tamen necessariò à causa ad effectum, vel à
arte ad totum est progrediẽdum, ut est ostensum.
t confirmatur. Nam secus non daretur ordo reso-
utivus. Illius enim est progredi à natura posterio-
ibus, ut Aristot. declarat *l.* 7. *Metaph. t.* 23. Patetque
dem exemplis Aristotelicis. Ita videlicet Arist. E-
hicã inchoavit à consideratione summi boni non
à virtutib. quę sunt media ducentia ad istum finem.
Sic *lib* 5 *Metaph. c.* 14. præposuit Aristot. qualitatem
relationi, ordinem naturalem sequens. Fundatur
enim quandoq; relatio in qualitate. At *l. categ* hunc

 ordi-

ordinem invertit & agit de relatione priùs, qu
qualitate, quia nempe id juvabat cognitione
præcedente enim capite fecerat mentionem
tionis. Relationis igitur naturam integrè decl
volebat, antequam aliorsum progrederetur.
etiam tactus præsupponatur ad actionem visu
deque tactus visu natura prior esse videatur.
stoteles, tamen ordine melioris cognitionis,
egit de visu, quàm de tactu, *lib. 2. de anima.* (q
quam & ratio nobilitatis hic inveniatur ut
dictum) quia quæ ad sensationem pertinent,
ctum videlicet, organum, medium, in visu evi
tiora sunt quàm in tactu : Ut proindè doctri
visu conducat ad meliorem cognitionem, eju
ctrinæ quæ est de tactu. Vide pleniùs ista apud
barellam. *lib. 2. de Method c. 6 seqq & libro 1. Apo*
cap. 5. seqq. & adde Pererium *l. 2. Phys. cap. 8. &*
cap. 11.

Objectiones.

29. *Ordo natura duplex.* Sed *objicitur.* 1. ordinem naturæ duplicem
naturæ generantis & intendentis, ut sumit
Aristotele. *l. 2. de part. animal. c 1.* & declaratu
Armand. de Bello Vis. *l. 2. term. c. 276.* Per. *lib. 3. P*
c. 6. & lib. 6. c. 4. q. 2. Proinde in ea amplitudin
quendo, omnis methodus erit à natura priori
nempe si procedat à toto ad partes (quod e
Methodo Analytica) procedet secundum ordi
naturæ intendentis. Natura enim intendit esse
tium, propter esse totius. Ergò in intentione
turæ totum prius est partibus. *Deinde* : si Metho
procedat à Parte ad totum (quod est in Meth
Synthetica) tum procedit secundum ordinem
turæ generantis. Natura enim generare incipi
prius imperfectiora, & partes producit, postea
tot

m. Ergo sic omnis methodus servat ordinem ræ.

30. *espondeo*: ordo naturæ intendentis, videtur or- aturæ dici, magis æquivocè & per amplationē, quàm ex prima io hujus vocis usu. Neque venit ei definitio prioritatis naturæ, ab Ari- le tradita. *l.* 5. *Metaphys. cap.* 11. *& libro categ.* 12. Unde cum ordo doctrinæ dicitur sequi re ordinem naturæ, non tàm videtur intelli- dum esse de ordine naturæ intendentis quàm rantis. Sed 11. Esto uterque ordo naturæ talis, in ordine doctrinæ attendi debeat: tùm in pri- sequitur, si nihil aliud in ordine doctrinæ attē- dum sit, quàm ordo naturæ, quod quævis qua- vis rerum tractatio possit æqualiter à natura ribus, hujus vel illius generis, proficisci. Ergo κτος esset doctrina physica, sive procederet à cipiis ad res naturales: Sive à rebus naturalibus rincipia. Rursus perinde esset, vel procedere à mo bono ad virtutes, in Ethica; aut à domo ad ietes, fundamenta &c. in Architectonica, vel m à virtutibus ad summum; a parietibus & fun- nento, ad domum: quæ omnia sunt absurda, & nifestè confundunt naturam & distinctionem ciplinarum speculativarum & practicarum: Et inquunt omnem methodum in dubio & in- to.

Ordo naturæ intendentis non est propriè ordo natura.

31. Adparetque adeò, primam causam in ordine do rinæ non sumi ex ordine naturæ. Nam interrogo itim: Cur hæc disciplina sequatur ordinem na- ræ intendentis, Et non naturæ generantis? Et lus alia procedat modo opposito? Ibi certè ex dine naturæ hæc res decidi non potest, quia ordo turæ est alterum extremum propositæ quæstio- is Non potest, autem medius terminus idem esse m extremo. Ne ergo nihil hic dicatur, oportet

Prima ordinis doctrina ratio non sumitur à natura ordine.

hujus rei discrimen assignari , ex ordine facil
cognitionis. Aliæ nēpe disciplinæ hâc, aliæ aliâ
thodo utūtur, quia hæc hîc, illa ibi melius juva
gnitionē, cujus diversitatis ratio in seqq. atting

32 II. *Objicitur*: Quod frequenter Aristot. ordi
doctrinæ sumsit & sumi jussit à naturæ ordine.
legatur id *ex. l. 5. Elench. in init. & l. 3 Rhet. in in*
physs. t. 57 l. 2. de gener. animal. c. 2, l. 2. de anima. t.

33. *Respondeo*. Id ideo factum esse , quia freque
cum ordine naturæ ordo doctrinæ coincidit ,
sine dubio & aliis Philosophis fuit ansa & occ
errandi. Unde consequenter non id dicitur, q
nunquā debeat servari ordo naturæ, sed quod
per debeat servari ordo facilioris cognitionis
rursus, si illi ordines non coincidant, cedere de
ordinem naturæ, & teneri ordinē cognitionis:
autē debere suscipi ordinē naturæ, cum jactur
cilioris cognitionis. Cujus quidem rei nullum
plum reperiri potest apud Aristotelem, ubi ipse
nem naturæ sequutus, processerit à difficiliorib
faciliora cognitu , sicut in illa repugnantia ord
naturæ & facilioris cognitionis , legitur (per f
riora exempla) ordinem naturæ dimisisse.

34 Deinde etiam omnis ordo doctrinæ, servat o
nem naturæ, si ἐπιεικῶς accipiatur, nempe si int
gatur natura non ipsius rei scibilis, in & secūdur
sed si intelligatur illa natura ut cognoscenda
Nempe omnis Methodus fit congruenter nat
rerum prout illæ cognoscibiles sunt. Specialem
corum istorum Aristolicorum interpretationē
apud Zabarel *l. 1. c. 7.* & confer. *lib. 1. de Meth. c. 1*

Quo sensu omnis ordo doctrinæ possit ordo naturæ dici?

Constituitur processus methodi à faciliorib. cognit

35 VI. *Methodus procedit à faciliorib. cognitu & n*
notioribus ad difficiliora & ignotiora. Hæc asserti
priorib. relinquitur. Indeq; specialiori probati
non eget. Solùm declaranda sunt verba assert o

Ig

itur obſervandum eſt; Notius aliquid alio dici 36
iam. 1. quia ſit vel contineat medium conclu-
ialiquid de alio, ignotiori. Ita præmiſſæ no-
s ſunt concluſione. 2. quia ſit neceſſarium ad
l cognoſcendum. Quomodo genus eſt notius
e, quia eo cognito jamdudũ aliqua ſpeciei pars
ita eſt. Deniq; notius dicitur q. diſcretè, quod
l horum præſtat, eſt tamen utile ad aliud co-
cendum, ut ejus notitiâ in mente præſuppoſi-
itellectus facilior ſit & promptior, ad apprehẽ-
da & dijudicanda alia, quomodo doctrina de
notior eſt doctrinâ ſenſuum aliorum. Si quis
n intelligat ea, quæ ad viſionem faciendam re-
untur, admodum juvatur ejus intellectus ad
noſcẽda alia. Proinde cùm Methodus à notiori
cedere dicitur. id indifferenter intelligẽdum eſt,
que hactenus perinde, quo genere quidque no-
s dicatur, ut in legitima Methodo præcedat,
nper tamen notius intelligẽdum eſt, ſub ea rela-
ne ut referatur ad notificandum aliud ignotius:
âs enim quæ ſine iſtiuſmodi reſpectu notiora di-
ntur (qui inquam ſit ad notificandum) non ſem-
r præponuntur. In Grammaticis adverbia, præ-
ſitiones, & aliæ voces invariabiles facilius
ſcuntur, quàm nomen vel verbum, nec tamen
æponuntur. Doctrina de terra & aqua adeoque
mnium ſublunariũ facilior eſt, quàm æthereorũ
orporum: Ea quæ de Dei Trinitate eſt, aliâ, quæ
e rebus aliis theologicis eſt, itidem facilior eſt,
on tamen iſta præponuntur, quia non ſunt notio-
a ut notificent, & declarent alia.

Notius alio dicitur quid trifariam.

Deinde obſervãdum eſt: Notius nobis aliquãdo 37
pecialiter ſumi, per ordinẽ ad intellectum noſtrũ
proſus rudem & imperitum, quomodo ſingularia
ſunt notiora nobis quam univerſalia. Proin-
de notius nobis in præſenti ita non accipitur.

Notius nobis quid ſit?

Metho-

Methodus enim non progreditur à singularibus ad
universalia, sed à maximè universalibus ad minus
universalia, & dehinc ad singularia. Igitur aliter no-
tius nobis intelligitur secundū distinctā cognitio-
nē, quomodo id dicitur notius nobis, quod nobis di-
stinctā rerū cognitionē venantibus, facilius est cogni-
tu. Atq; sic ista phrasis nunc sumitur. Methodus
ordinatur non ad confusam sed distinctam cogni-
tionem. Distincta tamen cognitio non dicenda est
ea, quæ est omnibus numeris absoluta, sed quæ

Distincta cognitio quæ hic dicatur?

sufficiens sit intentioni disciplinæ. Nempe qui ali-
quid nosse cupit propter operationem, ille non
scrutatur & perquirit omnia, sed ea solùm quæ sibi
ad operationem conducant. Distincta ergo tum
erit cognitio habita à Philosopho Practico, si norit,
quæ nosse debet ad eum scopū. Qui aūt nosse cupit
aliquam rem theoricè, ille nihil eorū dimittit quæ
ad cognitionem ejus rei pertinent. Summatim er-
go illud notius nobis dicitur, per ordinem ad di-
stinctā cognitionem, quod tale est, ut requiratur ad fa-
ciendum eum expeditum, qui operaturus est juxta fi-
nem disciplinæ præstitutum; Vel etiam ad exquisitam
de re habendam cognitionem. Atque hæc hactenus
talia sunt, unde Methodus inchoari debeat. Nempe
à facilioribus & notioribus ad difficiliora & igno-
tiora progredi debet, ut prius cognita afferant lu-
cem sequentibus.

Continuantur proprietates Methodi.

38. VII. *In Methodo nihil desit, nihil supersit.* Metho-
dus enim comprehendit processum totius tracta-
tionis. Totū autē non est, cui deest aliquid. Quod
aūt nec superesse aliquid debeat, patet, quia vel il-
lud supervacaneum est heterogeneum: At Metho-
dis non ordinat heterogenea sed homogenea solùm.
Vel est, ταυτολογικὸν, veluti si generalia non tracte-
t

emel, idque generaliter, ſed tractentur ad quaſ-
ſpecies, ſed & hoc vitioſum eſt in proceſſu
thodico. 39
roinde peccant in ratione Methodi 1. qui ni- *Varia in*
m breves dum videri volunt, neceſſaria omit *Methodo*
t. 2. qui heterogenea tractationi immiſcendo, *vitanda*
iò tractatus augent, veluti, ſi quis in theorema *peccata.*
is Rhetoricis, excurrat ad locos Dialecticos, aut
os carminis pedes, & ſingula carminum genera
licanda. 3. Si ταυτολογία in methodo committa-
Veluti ſi quis tractet doctrinam ſophiſmatum
ocos Dialecticos in inventione, & iterum de iiſ-
a agat ad doctrinam ſyllogiſmorum vel ſophi-
am.
VIII. *Partes tractationis ita debent explicari ſicut* 40
t propoſita. Veluti, ſi proponas tractare de auro
rgento, non debes prius agere de argento, dein-
s de auro. Interim tamen aliquando Methodi
pſis apud bonos autores invenitur, ut καθ' ὕστε-
πρότερον agant. Ὑστερολογίαν vocant doctores.
IX. *Diverſa Methodi membra tranſitionibus ſunt* 41
nectenda. Tranſitiones autem dicuntur oratio-
s iſtæ, quæ indicant quid tractatum & tractandũ
, vel horum alterum. Si utrumque dicatur, voca-
t tranſitio perfecta. Veluti: *hactenus fuit de cœlo*
uitur de elementis: Vel: *huc uſque fuit de axiomate,*
uitur de ſyllogiſmo. Atque ita hæc perfecta tranſi- *Perfecta.*
o continet Epilogum tractationis prioris, &
roœmium tractationis in ſequentis, ut definitur
4. *ad Herennium.* Si verò dicatur alterum, voca-
ur tranſitio imperfecta. Veluti ſi ad finem tracta-
ionis dicatur: *Atq; hæc hactenus de propoſitionibus*
tis ſunto. Aut: *Nunc pergendum eſt ad doctrinam pro-*
oſitionum. Solent autem in primis tranſitiones ad-
iberi in prolixioribus tractationibus, atque tum
ctorem & auditorem mirificè reficiunt ac re-

creant,

creant, quod Ramus ait *lib.* 2. *Dial.c.*18. Et exh
laboribus nosse mensuram voluptatis est, &
tatur ad reliqua fortius exequenda, scire quan
supersit, prout eleganter ait Quintilianus.
cap. 5.

42

De Crypsibus Methodi.

X. *Contingit & in Methodo κρύψις quandoqu*
autem sicut in syllogismo triplex est ἔλλειψις
defectus redundantia & inversio, prout in prin
poeticis & oratoriis exemplis illustrat Ramu
Dial.c. 20.

43. Ἔλλειψις *in Methodo.*

Ἔλλειψις ergo est, cum aliquid in processu
thodi omittitur. Hæc est sat s usitata orator
Nam est quandoq; dura propositio, inquit Q
tilianus *l.* 4. *Instit. orator. c.* 5. quam si judex prov
non aliter præformidat, quam qui ferrum Me
priusquam curetur, aspexit. Est tamen & hoc
quandoque usitatum. Ita multi tradunt defin
nes, antequam præcognoscant nomen, omit
transitiones, & quæ sunt hujus generis alia.

44 *Redundantia.*

Redundantia autem est bifariam. 1. per dig
sionem. Græci vocant διέξοδον & παρέκβασιν. 2.
commorationem. Contingitque tùm *digressio*
ab instituto ad rem alienam, quæ tamen ad ca
utilitatem pertinent, excurrimus, ut Quintilia
d. l. c. 3 definivit. Ita Aristoteles *in Metaph.* ad de

Digressio.

randam essentiam utitur παρεκβάσει, & multa
ctat *de definitione*, quia cum definitio essentiam
dicet, ipsius doctrina est utilis ad essentiam de
randam. Alioquin enim theoremata de definiti
Metaphysicæ non sunt homogenea, ut *in topic. c.*
num. 2. disputavi.

Ita in Physicis ad declarandam rationem lo
agitur de vacuo: Et de mistione artificiosa aliqu
attingitur, ad declarandam mistionem naturale
In metaphysica per διέξοδον agitur de Ente ration

&c

o quod est unum per accidens. Suntque adeò o-
es disciplinæ plenæ hujusmodi διεξόδοις & di-
ssionibus. Poetæ autem & Oratores hujusmodi
cessionibus plurimum utuntur, delectandi cau-
quod contingit, cùm neque digressio est admo-
longa, nec ad rem nimis remotam, & reditus
m aptus & concinnus est, ut autor est Crassus
d Cicer. *l. 3. de orator.*

Commoratio autem est, ut definit autor ad He- *Commoratio.*
. *l.* 4. Cùm in loco firmissimo quo tota causa
tinetur, manetur diutiùs, & eodem sæpius re-
it: quanquam & commoratio quandoque insti-
tur cùm rem de qua dicimus, auditori gratam
amus. Ita celebre est illud Theonis *in Progymn.*
æ molesta, inquit, *sunt auditoribus, brevissimè per-*
ngenda sunt, quæ verò sunt læta & jucunda, iis im-
randum est.

46 Denique *inversio* est, cum καθ' ὕστερον πρότερον pro- *Inversio.*
litur cum ex primo fit ultimum, & ultimo pri-
m. Alii vocant ὑστερολογίαν. Quanquam Flacius
clavi scripturæ *tom.* 2. *tract.* 4. *de schem. scriptura.*
295 Ea distinguit, & ὑστερολογίαν ponit in verbis,
ερον πρότερον autem in re & sensu. Et ista quidem
ψις frequenter contingit in narrationibus Bi- ὑστερολογία.
icis, sic *Iosue* 2. priùs narratur, exploratores fuise
isse demissos, posteà colloquium illorum & me-
tricis pertexitur, quod sine dubio ante peractum
it. *Psalm.* 7. Ecce *parturit iniquitatem, & concepit*
dolorem, cùm conceptio prior sit parturitione.
ide Flacium *d. l. fol.* 353. *seq.* 394. *seq.* & consule hac
de re imprimis quoad exempla Crypsium harum
poetica & oratoria, Gregor. Don-
nam. in Logic. lib. 2.
cap. 20.

TITULUS III.

DE DIVISIONE METHODI IN NA-turalem & arbitrariam.

Naturalis Methodus quæ?

47 Naturalis methodus hic dicitur, quæ sui ex natura definitum aliquem ordinem indic Intelligendo tamen id proportionaliter, jux quæ in prioribus de naturali, in ordine doct processu tractata fuerunt.

Arbitraria.

48 Cùm igitur id non est, Methodus est arbit Cùm enim omninò oporteat ab uno ad alt procedere, nec possint omnia simul tractari, i cò ubi natura ordinem non constituit, opor is, qui materiam aliquam tractat, afferat ordi ad tractationem suam, juxta placitum & arbit suum. Tale quid frequenter est inter species g ris univoci. Ita ordo arbitrarius est inter elem estque perinde an prius de igne an de terra Similiter est ordo arbitrarius inter species pl rum, avium, piscium & sic in aliis.

Species generis univoci non semper disponuntur Methodo arbitraria.

49 Dixi *frequenter*. Neque enim semper est ord bitrarius inter hujusmodi species, veluti conti si unius speciei partes vel proprietates sumantu Analogiam à partibus vel proprietatibus con cici. Ibi enim ratio cognitionis postulat, illam ciem prius tractari, in qua hujusmodi reperiu primo & propriè. Ita rectè censetur: distinctam tarum doctrinam, debere esse post doctrinam malium, quia partes plantarum nominantur pellationibus illis, quæ primò reperiuntur in malibus. Sic enim nominamus in plantis, *cor,* *dullam, fibras* & sic in aliis. Ita Theophrastus *in* 1. *de hist plant.* Ad omnia quæ in plantarum ge spectantur similitudo petenda est ab eis, quæ malibus insunt, quoad fieri potest. Indeque Phy libros de plantis postponunt libris de animali

Plantarum doctrina est posterior doctrinâ animalium,

:Perer. *l. 2. Phys. c. 7 & 8. in fine.* Et adde Zabarel- *l. de Nat. scient. const. c. 31.* Ad eundem modum est)arbitrarius in usu diversorum argumentorum problema aliquod confirmandum vel refu- um est. Alia mitto.

TITULUS IV.

DIVISIONE METHODI IN UNI- versalem & particularem.

anc Methodi divisionem tradit & explicat 50. *Methodus universalis.*
rella *l. 2. de Methodis cap. 20.* Universalis ergo hodus est ea, quâ coordinantur partes totiûs jus disciplinæ. Talis est Methodus Physicæ, aphysicæ, Theologiæ, Medicinæ, Politicæ, metricæ. De hac universali Methodo disputat rella *eo loco*, quòd ea non semper habeat par- t sic dicam, homogeneas. Sed quod possit di- inæ alicujus (totum systema intuendo,) Me- us esse compositiva, cujus partes tamen non positivum sed resolutivum ordinem habeant: ce versa, quod possit integræ disciplinæ Me- us esse resolutiva, cujus partes disponantur or- compositivo.

lethodus autem *particularis* est, quæ est (non 51. *Particularis.*
us disciplinæ, sed) particularis alicujus thema- Veluti est ea Methodus quæ servatur in tracta- ie alicujus dati thematis, puta, quod sit de ho- ie, cœlo: aut aliquo problemate: *An Deus sit au- ccati? Utrum possint aliquid vires humanæ in re- spiritualibus,* &c. Sed de his erit plenius *ad tit. 8.*

TITULUS V.

V. DE METHODO UNIVER- *sali.*

Quid Methodus universalis sit jam dictum est. 52.

Jam quotuplex ea sit videndum. Ramus Me esse vult unicam *l.* 2. *Dial. cap.* 18. Galenus *in initio l. de art. med.* constituit tres ordines, positivum, resolutivum & definitivum. Eu sequuntur plerique veteres Medici, partim sui Magistri, partim quod cùm medici essen satis hanc rem, quæ Logicæ propria erat, c derunt, ut Zabarella docet. *l.* 2. *de Method. cap* ipse (quæ tertia sententia est) duos tantum nes agnoscit, compositivũ nempe & resolut rejecto ordine definitivo. Hanc sententiam liger habet *Exerc.* 1. *s.* 3.

Articulus I.

De Methodo definitiva.

53. *Definitivus ordo quis dicatur?* Hanc igitur ad rem dico. 1. *ordo definitivus vera Methodus.* Ac definitivus quidem ord denomen habet, quod per definitiones pro Non tamen putandum est, omnem illum ord definitivum esse, in quo definitiones reperiu Fieri enim non potest, ut sit quisquam art lis ordo, qui careat definitionibus. Atque 1. sumo argumentum contra istum ordinem d tivum. Nihil nominari potest, à cujus defini

Rejicitur. ducatur & dicatur ordo definitivus. Ergo n tur ordo definitivus. Consequentia est ev saltem ex isto nomine ordinis definitivi. A dens autem probo. Non enim id potest esse nitio principii. Id enim si sit, est ordo comp vus. Nec etiam potest id esse definitio fini enim si sit, est ordo resolutivus. Nec etiam aliud medium, pro Galenicis, nominari p Ajunt nempe, aliquando Methodum pro à principio, aliquando à fine, aliquando

:dio : Et hoc posteriori modo esse ordinem de-
ivum. At quodnam illud medium sit, dici non
st.
vent : Hanc esse Methodum definitivam, quæ 54
edat à definitione disciplinæ (non qualicun- *Objectio.*
Est enim aliqua disciplinæ definitio cuivis Me-
lo necessari : sed) tali, quæ involvat totam cō-
m tractationis reliquæ, veluti si definias Ethi-
, quod sit scientia practica comprehendens do-
am de summo bono, per virtutes tum morales,
intellectuales, sedatis affectibus rectæ ratio-
luctantibus, acquirendo. Hæc enim defini-
i in partes resolvatur, & singula distinctius
identur, tum erit absoluta Ethica, procedet-
adeò sic Ethica Methodo definitiva, quatenus
data definitione tota tractatio Ethicæ perfi-
r.
d hunc ergo modum explicando ordinem 55
nitivum, Scaligero *d. exerc.* 1, *f.* 3. videtur, *Definitiva*
d ordo definiens à resolvente nihil differat. *Methodus*
idetur omninò in hujusmodi processu, ni- *quomodo*
aliud contineri, quàm Methodus resoluti- *coincidat*
, resolvitur enim definitio scientiæ (quæ est *cum resol-*
otum) in varias partes suas, eo quo dictum *vante?*
modo.
Sed tamen melius existimo esse, si di- 56
ur. 1. si ad hunc modum constituendus sit or-
definitivus, tum omnes disciplinas posse
nstitui & ordinari ordine definitivo. Omnis
im disciplina definiri potest, per congeriem
um, quæ in ea tractantur. At absurdum
t, ordines disciplinarum indiscriminatim vel-
constituere ad placitum ordinantis. Cùm ra-
o disciplinæ practicæ postulet, ut dispona-
ir ea ordine Analytico : Et disciplinæ specu-
tivæ, ut disponatur ordine synthetico, neque

possit id pro arbitratu hominis mutari, ut s
co videbimus. 2. Deinde si accuratè loqui vel
revera istiusmodi definitio, non est disci
pars essentialis, sed proœmium, unde per hab
nem aliarum partium ad hujusmodi definiti
non potest æstimari ulla Methodus. Ita enin
debeatur Physicæ Methodus synthetica: ha
tamen Methodum definitivam, sit talis aggr
definitio ei assignetur. Vide hac de re prolixè
rellam. *l.* 2. *de Method. cap.* 2. 3. 4. 5 Flacius Illyri
tom. 2. *clav. script. fol.* 58. ait, istam Methodun
tam naturalem quàm artificialem esse. Nemp
ex natura disciplinæ hæc Methodus sumitur, s
violentiam tribuitur disciplinæ ab artifice, u
judicari posset de Methodo, quod de quarta f
syllogismorum, quæ ob id quod est innat
meritò dimittitur.

Articulus II.

An una tantùm sit Methodus?

57. II. *Methodus non est unica excludendo differe*
Methodi Synthetica & Analytica. Inprimis adm
quod Methodus sit una, loquendo de ea in g
re. Una, inquam, est ratio ordinandi discipl
nempè per progressum à notioribus ad ignot
& difficiliora. Id enim est & in Methodo Synt
ca & Analytica, proinde utraque Methodus in
tertio convenit, & in eodem tertio una est. I
igitur: Methodum non esse unam, si hunc sen
habeat, quod omnes disciplinæ uno prorsus m
disponantur, & non alia sic, alia aliter: alia, inq
Methodo synthetica: alia, Methodo Analytica. H
enim diversitatem satis clare postulat divers
sententiarum speculativarum & practicarum, u
dicendis constabit.

ART

ARTICULUS III.

De genuinis speciebus Methodi.

I. *Methodus est duplex : Alia synthetica, alia* 58
lytica. Non, inquam, plures. Nam nulla est Me-
us de qua controversia esse possit præter defi-
am. At illa jam dum rejecta est. Non etiam
iores. Cùm enim aliter procedat cognitio no-
n ordine ad operandum, & aliter quando in se
inatur, oportet ut hinc sit aliqua diversitas in
hodo. At ista insinuatur hâc Methodorum va-
te, ut statim dilucidius patebit.

TITULUS VI.

DE METHODO SYNTHETICA.

Methodus συνθετικὴ ἀπὸ τοῦ συντίθημι nomen habet, 56
d significat componere. Unde & Latinis dicitur *Unde dica-*
hodus *compositiva*, quia videlicet, ista progre- *tur Metho-*
r à componentibus ad compositum, hoc est, *dus synthe-*
rtibus ad totum : Et quæ sunt hujus generis *tica*

tque ita etiam apparet quid sit Methodus Syn- 60
ica. Est nempe ista Methodus, quæ procedit *Quid sit?*
tura prioribus, ad posteriora. Nempe à causis
ffectum, à magis universalibus ad minus uni-
salia, à componentibus ad compositum, atque
ò à partibus ad totum. Unde qui generale Me-
di requisitum ponunt: *Progredi à simplicioribus*
composita &c. non rectè procedunt, cum hoc
um soli methodo syntheticæ, & non etiam
alyticæ conveniat. Servavitque istam Metho-
m Aristoteles in Physicis.

Quæ disciplinæ sint distinguendæ Methodo synthetica.

Sed quibus disciplinis Methodus ista congruit? 61.

Scientiis Speculativis convenit Methodus synthetica.

Respondeo. 1. Eam convenire *disciplinis Specula*
Cùm enim illæ disciplinæ ad nihil aliud ten
quàm ad scientiam & cognitionem ; idcirc
processus eis accommodatissimus est, qui ad p
ctam atque prorsus distinctam subjecti cog
nem pertinet. Perfectissimus autem modu
gnoscendi, est per demonstrationes potis
progredi. At demonstrationes potissimæ inci
à causis & desinunt in notitia effectorum ;
piunt à subjecto, & desinunt in passione.
stincta ergo cognitio passionum humanarum
præsupponit distinctam cognitionē hominis
essentiæ humanæ. At hic est ordo syntheticus
que ita etiam Aristot *libr.* 1. *Physic. in initio* pr
Physicam debere procedere ex principiis (h
Methodo synthetica disponi) quia sit sc
Scire enim utique est ex causa cognoscere,
citur *l.* 1. *post. cap.* 2. Et Piccolomineus quidē,
troduct. phil. civil. cap. 23. *& aliis locis*, repugna
lo tamen istam controversiam hic plenius p
qui. Prolixius eam rem confirmavit Zab
l. 2. *de Method. cap.* 7. *& seqq. & l.* 2. *Apolog.* c
seqq.

Materia Methodi synthetica.

62 Atque ita hactenus Methodus synthetica v
tur intra considerationem subjecti, principio
& affectionum, & consequenter specierum
jecti, & specialium principiorum & specialiu
fectionum. In his enim singulæ scientiæ spe
tivæ absolvuntur, ut Aristoteles docet 1. *post.*
& 79.

Disciplinis instrumentalibus convenit me-

63. II. *Disciplinæ instrumentales progrediuntur*
thodo synthetica. Ita Grammatica progredit
Etymologia ad Syntaxin, hoc est à vocibus si
cibus, ad earum constructionem. Poetica à syl
rum quantitate, & pedum doctrina ad varia ge
ca

inum: Item Dialectica à locis Dialecticis, ad *thodus syn-*
sitiones: à propositionibus ad syllogismos. *thetica.*
mper istæ progrediuntur à simplicibus & cō-
ntibus ad compositum. Atque ita in eo de-
t à natura habituum aliorum practicorum,
etiam docet Zabarella *l. 2. de Nat. Loc. cap. 7.*
autem hæc res aliâ hujus operis Logici parte
ata sit, nempe, *in Log. introd. c. 17. n. 18.* iccircò
ta agere nolo.

TITULUS VII.

DE METHODO ANALYTICA.

æc altera est Methodi universalis species. Un- 64.
atim apparet, Methodum Analyticam hic non
quæ servetur in Analysibus sive resolutionibus
orum. Sed pertinet hæc etiam Methodus ad
ny. Eritque de Analysibus postea seorsim.

Dicitur autem Methodus *Analytica* ἀπὸ τοῦ ἀναλ- 65
quod est resolvere. Unde latinis vocatur Me- *Unde dica-*
dus *resolvens*, & *resolutiva*, sic dicta: quia pro- *tur Metho-*
ditur à toto, resolvendo illud in partes. Vel quia *dus Analy-*
ipit à fine vel effectu, & illum resolvit in causas *tica?*
oducentes ipsum.

Atque ex hâc ipsa ratione appellationis, etiam 66
nitur hujus Methodi definitio, nempe quod sit *Ejus defini-*
ethodus progrediens à fine ad media, adeoque ab *tio.*
fectu ad causas.

Hujus Methodi exemplum est in Ethicis Arist. 67
Nicomachum, ubi Aristoteles 1. *libro* agit de fe- *Quibus di-*
citate sive summo bono, quod est finis Ethicæ, *sciplinis ap-*
t postea resolutivè procedit, tractando de virtu- *plicetur?*
ibus moralibus & intellectivis, quæ sunt me-
lia ex quibus summum bonum efficitur. Sic etiam
1. 7. *Metaph. t. 23.* docet, artes docendas esse ex præ-
notione finis, veluti Architectonica à præno-

 tione

tione domus. Nempe si quis velit systema Ar ctonicum conscribere, is eam tractationem i à domo, quæ est hujus artis finis. Postea resol procedet, & docebit, quomodo in domo loc sit fundamentum, quomodo parietes dispon & formandi, quomodo conclavia, cellæ, ali extruenda.

68 *Cosmographia Methodus.* Atque hoc ipsum etiam est in Cosmogra quam vulgò vocamus. Ea enim non tam scien quàm historicè procedit. Agit ergo illa pri generaliter de terrâ, posteà eam dividit in partes. Asiam, Africam, Europam & Americam inde, singulas partes expendens, dividit eas i ria regna, provincias, tractus, & quæ sunt par laria alia. Ut intuendo totum processum, satis re appareat processus Analyticus.

69 *Methodus scientiarum Practicarū.* Specialiter autem hanc Methodum vendi sibi scientiæ Practicæ & artes (quanquam de bus logicis peculiare quid est ut prius dixi) ut stoteles ibi docet. Cùm enim illæ non inten scientiam: Ergo etiam non procedunt modo s tifico & demonstrativo, qui est à causis ad eff sed procedunt à posteriori, qui modus cognos di siquidem non exacta & distincta scientia q ratur intellectui nostro est facilior. Et confirma quod in hujusmodi habitibus intenditur oper secundum illos habitus vel opus, p illos habitu ducendū. Illa ergo operatio vel opus, est huic di plinæ pro fine. E. hujusmodi finis primum cog scendus est. Finis n. mensurat media ad agēdum quisita. E. omnis de medio frustranea erit cogni nisi finis prius cognoscatur. Ita nēpe ex prænoti finis vel operis hujusmodi æstimatur tota trac tio reliqua. At hoc ipsum esse non potest nisi f prius cognoscatur. Non inquam, mensurare po

Cur habeāt Methodum Analyticā?

don

is,operationes ad ipſum deſtinandas,niſi ejus
tio præcedat.
ide, ut obiter id dicam apparet habitus Pra- 70
contrarium ordinem obſervare in praxi ipſa
qui eſt in eorum doctrina. Doctrina enim ha-
practicorum procedit à toto ad partes, & ab
uad cauſas, ut dictum. At operatio Archite-
ca v. g. procedit à ſimplicibus, veluti ab actio-
circa ligna & lapides, deinceps circa earum
im particularem juncturam, & abſiſtit ab o-
pere, cum domus eſt perducta. Confer Zaba-
1. *l. 2. de Method. cap. 9. ſeqq. & l. 2. Apolog.*
q.
que ita in univerſali proceſſu hujus Methodi 71.
indum eſt de fine producendo. Tum de ſubje-
quod ſit, cui iſte finis introducendus ſit, item
ria circa quam. Denique agendum eſt de mo
ujuſmodi operationi deſervientibus. Ita in
cis agendum eſt de ſummo bono primum:
de ſubjecto ſummi boni, quo pertinet conſi-
tio animi & facultatum ejus, quantum ad hanc
ſufficit. Dehinc tractatur de affectibus &
is virtutibus affectus coercentibus, ut in ani-
n hominis iſtis expulſis, felicitas ſive ſummum
um ultimò tandem (cùm in doctrina primum
it) introducatur. Ita & eſt in aliis. Atque hæc
tenus de Methodo univerſali ſatis ſunto, ſequi-
de Methodo particulari.

Progreſſus hujus Methodi.

TITULUS VIII.

DE METHODO PARTICULARI, *in themate ſimplici.*

Methodus *particularis* ea dicitur, quæ non con- 72
tit in integro proceſſu alicujus diſciplinæ, ſed in
qua ejus particula. Veluti ſi proponatur tibi ali
uod thema, quod tractare debeas, puta homo, *quaſi tuſ*

Methodus particularis

cœlum, ignis, universale, Axioma, Methodus
tonymia & quæ sunt his similia, tum eorum t
tio tibi disponenda erit hac Methodo, quam
cularem hic vocamus: estque hujus rei proc
omnium diligentissimè, quod sciam, à Keck
traditus *l. 2. Gymnas. Log. c. 3.*

72 In hujus igitur thematis tractatione *prim*
Modus tractandi thema simplex. erit de cognitione Nominali, vulgò vocant
nominis. Applicanda ergo huc sunt principi
gumenta nominalia, quæ in Topicis diceba
Veluti. 1. est constituenda vocis Etymologi
notatio. 2. tum id nomen per transsumptio
explicandum est, hoc est, per alias voces æqu
lentes. 3. Addenda est distinctio nominis, ut c
tis variis alicujus vocis significationibus, in
Ad nominis cognitionem quæ pertineant? gatur quæ significatio sit apta proposito. Po
& conjugata nomina expendi, veluti si vocem
explicare velis, ut dicas quid, dicatur ar
vel artificiosum, vel artificiale. Pertinetque
huc expendere, sitne vox concreta an abstr
simplex an complexa. Id enim ad definiendum
derit. Atque hæc sunt de nomine.

74 *Deinde*: deveniendum est ad quæstionem a
Quid sit aliquando est prius τοῦ an sit? Hæc enim omninò præmittenda est definitio
de illa quæstione inprimis dubitatio sit. Si
propositum thema cognoscatur esse nihil vel
ens, definitione reali, præter nominalem, quæ
cessit, opus non est. Ideoq; Aristoteles etiam *l. 2*
cap. 1. quæstionem, an sit, præposuit quæstioni
sit? Evenit tamen quandoque per accidens, ut
quæstio *an sit*, definitionem sequatur, si, nem
hâc vel ista aliter atque aliter formatâ, dubium
An sit res necne, ut insinuat Zabarella *l. 1. post*
tex. 22 p. 689.

75 Porrò si ad hanc propositam quæstionem
An sit, videatur res esse: tùm porrò progredien

urta ea quæ deinceps dicentur. Sin autem in-
rurthema propositum nihil esse, tum , citra
orem tractationem, ostendendum solùm est
od propositum est, nihil esse. Veluti si tibi de-
ctandum de purgatorio, ubi in examine ha-
æstionis videbimus purgatorium nihil esse,
vacaneum est tractare postea, quanta sit pœ-
rgatorii, quinam sint in purgatorio, qualis sit
gnis, an & quando ex eo sit redemptio, & quæ
is similia.

In non Entibus nihil tractatur ultra nominis cognitionem & rei rejectionem.

que ex his id intelligitur: quod non sit absolu- 76
rum, quod vulgo admodum celebre est, quod
is tractatio debeat proficisci à definitione.
ue enim argumenta nominalia, ut visum est,
exercenda sunt, quàm argumentum defini-
is. Inter argumenta tamen realia verè primum
tlocum.

An omnis tractatio proficiscatur à definitione

itur istis peractis, istius thematis simplicis, 77
o, quærendum est genus & differentia : hoc
, constituenda est ejus definitio, quæ tamen
est uniusmodi, sed pro diversitate rerum, est
perfecta vel imperfecta & descriptiva tan-
n. Deinceps etiam tractandæ sunt thematis
positi, si quæ sunt, causæ, partes, attributa, sub-
ta (si quidem propositum thema sit accidens
attributum) objecta (veluti est inprimis, si po-
um thema sit habitus vel naturalis potentia) ef-
cta, repugnantia, comparata.

Denique est adhibenda distributio, sub quâ 78
singula membra porrò tractanda sint, fiet
lea Methodo iterum, quæ hactenus est præscri-
ta. Plura qui volet juxta differentiam the-
natis substantialis & accidentalis, desideret
etiam particularem applicationem, videat Kecker-
mannum

mannum *ubi supra*. Ubi etiam *cap*. 5. tractat, quo-do in themate simplici secundariò procede-sit, veluti: si agẽdum sit de re singulari, aut par concreto, aut collectivo, aut privatione. Æ tamen ista fermè possunt ex prioribus.

TITULUS XI.

DE METHODO THEMATIS conjuncti.

79 Thema conjunctum est, in quo simplic mini connectuntur. Veluti si detur tibi tracta & explicandum hoc theorema, *Dialectica est a nè differendi*: Vel aliquid proponatur per m problematis sive quæstionis, veluti, *An sacra genus sit signum?* Aut etiam si detur tibi tracta integer aliquis textus, puta Evangelium de cir cisione salvatoris, aut aliud caput Biblicum Aristotelis, vel Galeni & hæc quidem poste generis themata tractantur per ἀνάλυσιν, unde sim de iis videbo sequenti titulo, nunc autem & seorsim solùm explicabo, quomodo tracta sit thema conjunctum, illud, quod unico axio vel problemate proponitur.

80 Ad hæc igitur problemata (poteſtque id cæ paribus applicari etiam ad thema assertivum) tinet *primò* explicare extrema, veluti, vocem s menti, & generis & signorum. Mathematic cant ἔκθεσιν ὅρων.

81 *Deinde*: ubi opus erit, rectificatur illorum ex morum dispositio, veluti si extrema sint trãspo quidq; suo loco collocetur impropria locuti digatur in propriam, modalis in puram, comp in simplicem, indefinita in definitam: Infini finitam.

m *tertiò* formetur ex istis status quæstionis, ut 82
itè constet, quid tu asserere velis, & inquo di-
es ab adversario. Nullũ certè majus vitiũ est,
non rectè formato statu, sine adversario di-
re, & nõ depugnare nisi adversus propria men-
nnia, quæ alioquin nulli alii defendenda in
em venerint.

arto: Si futura confirmatio exigat aliquas hy- 83.
eses, de quibus esse queat dubium, hæ prius
rmandæ sint, ne ulterior tractatio vel confun-
, intermiscendo hujusmodi hypothesium
riorem confirmationem, vel ad defensionem
ositæ sententiæ allatus labor sit inefficax, si
ejus potissima fulcra esse debeant, lubrica sint
irma.

uinto: Si plura capita sint ex formato statu, de 84
is sit dubitatio, fiunt conclusiones vel propo-
nes distinctæ, & singulæ suis argumentis pro-
ur. Sin verò sit unum quid, de quo controver-
, rectâ proceditur ad propositæ sententiæ cõ-
tionem. Ubi etiam porrò oratores inprimis, *Quo ordine*
liarem sibi ordinem argumentorum præscri- *argumenta*
, ut locis extremis, primo, inquam, & ultimo, *collocentur.*
ant argumenta fortiora, quæ ibi quidem pri-
statim concilient auditorem vel lectorem di-
i scribentive: hic verò extremum aculeum re-
uunt, & quasi urant ejusdem animum, ad as-
iendum. Loco autem medio docent locanda
quæ minus roboris habent.

amus *l.* 2. *Dial. c.* 20. vocat eam Homericam di- 85
sitionem, ut & Quintilianus *l.* 5. *cap.* 12. ex eo, *Homerica*
od Homerus *Iliad.* 6. introduxit Nestorem, ita *dispositio*
milites ordinantem, prout & cum exercitu, in *quid sit?*
erioribus, methodum comparavimus.

Ἱππίας

ἱππῆας μὲν πρῶτα σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφι
πεζοὺς δ' ἐξόπιθεν στῆσεν πολέας τε καὶ ἐσθλοὺς
ἕρκος ἔμεν πολέμοιο. Κακοὺς δ' ἐς μέσσον ἔλ[...]
ὄφρα καὶ οὐκ ἐθέλων τις ἀναγκαίῃ πολεμί[...].

Hoceſt:

Equites quidem primùm cum equis & curril[...]
Pedites autem à tergo conſtituit multoſq; bo[...]
Vallum eſſe belli: Ignavos autem in medium [...]
Vt etiam non volens quis neceßitate pugnar[...]

86 Quomodo autem porrò collocanda & diſ[...]
da ſint argumenta, juxta varietatem generu[...]
ſarum, ut ſunt Demonſtrativum, Deliberat[...]
Judiciale & Didaſcalicon, Rhetores ſpecialit[...]
ſequi ſolent, unde hic eò non progredior. Si q[...]
men hanc rem huc referendam putet, ei argu[...]
ta non deerunt.

87 *Sextò*: poſt hanc ſententiæ confirmationem [...]
cedendum eſt ad confutationem. *Sicut igi*[...]
confirmandum ſternebatur via, per præviam [...]
firmationem hypotheſium, ita hic ad refutar[...]
ſternetur via, per refutationē aliquarum hyp[...]
ſium & diſtinctionum, quæ ab adverſario ad o[...]
ſitæ ſententiæ defenſionem factæ aut fictæ era[...]

88 *Septimò* igitur demum ſubjiciatur contrari[...]
argumentorum refutatio; juxta modum ſolv[...]
in doctrina ſophiſticorum ſyllogiſmorum, tra[...]
Dabiturque ſemper opera, ut ſolutio ita inſtitu[...]
ut ſemper candor & veritatis ſtudium, non c[...]
landi vel calumniandi animus adſit.

89 *Deniq;* additur συμπέρασμα hoceſt, concluſio [...]
tius tractationis.

90 Id tamen, pro coronide, hic & in priori the[...]
tis ſimplicis tractatione obſervandum eſt, aliq[...]

pro ratione rei tractandæ, unam vel alteram
n omitti.

TITULUS X.

E METHODO IN ANALYSIBUS *observanda.*

tractādum thema conjunctum pertinet ejus 91
is. Non loquar autem hic de Analysi vel Rhe-
, vel Poetica, vel Grammatica, quâ ex aliquo
ıte proposito, eruuntur figuræ, tropi, aliæque
iuendo elegantiæ; aut separatorum vocabu-
ı quantitas, vel Poeticæ phrases, aut etiam
orum vocabulorum genus vel declinatio vel
aratio, vel conjugatio: Hæc enim aliorsum
iét. Sed agitur hic de Analysi Logica, consistit-
ıeo, ut ex proposito textu eruantur artificia
ndi argumenta, syllogismi, dispositio & me-
ıs partium. Referoque hanc Analysin, ad the-
onjunctum, quia etsi quandoque analysis rete-
actationem, quæ fit de themate simplici velu-
ctationem *hominis*: aut tractationem thema-
njuncti veluti quæstionis hujus: *An Archias*
idu- sit civitate Romana? aut etiam integri ali-
s systematis, veluti Theologiæ, Physicæ, aut
alicujus capitis ve Biblici, Galenici, Aristoteli-
d quem modum discerni ĕt potest analysis Lo-
) tamen non versatur etiā in simplicibus the-
bus, nisi in quantum universam constitituunt
ationem, & proinde aliquod conjunctum
na hactenus constituunt.

gitur de hujusmodi Analysi *primò* generaliter 92
ndum est, quod ea debeat conformari γενέσει. *Præcepta*
mpe unumquodque resolvendum est in ea ex ἀναλύσεων.
bus constat. Proinde ex quibus argumentis v. g.
tum est thema tibi propositum, in ea etiam il-
resolvere debes. Neque solent omnia in quibus-

vis

vis autoribus argumenta cuivis tractationi in
Non ergo debet fieri resolutio in plura, qua
quibus facta est tractatio. 2. Eruendus est sco
tractationis. Ad hunc enim sicut collimavit
totius tractationis, ita etiam resolutio eodem
gere debet. Quod si unus scopus non sit fiat
stitutio illa partitò prout plures pauciores ve si

93. III. Quia Logicæ operationes tum dem
felices sunt, si præter modum tractandi, qui ex
gica petitur, res ipsa quoque Logico sit cog
(neque enim Physicam disponere poterit meth
cè, si Logicus solùm sit, & nihil de rebus phy
intelligat) iccircò diligentem curam ponet Ar
ticus, ad intelligendum thema sibi proposit
quam ad rem juvari poterit ex disciplina, unde
aliudve thema sumptum fuerit.

94 IV. Partienda est tractatio si quidem partiti
capax sit. Nempe sicut in γένεσει & constitut
thematis simplicis, ultimò agitur de distributi
95 Ita in ἀναλύσει ad distributionem textus primò
cedendum eit.

V. Sunt eruenda argumenta, & nominatim
terminis Logicis indicanda sunt, veluti quod
ab effecto, vel causa sumpta, vel quod modò
ctetur rei definitio, modo ejus attributa enu
69. rentur, modò ejus comparata, modò testimo
de ipsa.

VI. Videndũ est: an in usu syllogistico sit κρύ
Enthymematis puta, prossyllogismi aut syllogi
inversi, idq; si cõtingat explenda sunt q̃ desunt, a
putanda quæ supersunt, & pars quælibet in loc
suum redigenda est. Atq; ita prossyllogismi seor
97 sunt explicandi, neq; vel amplificatio vel proba
ulterior principali syllogismo immiscenda est.

VII. Sed & an προλήψεις cum solutionibus

int

ratur videndum est, eæ igitur similiter seorsim
tandæ sunt. 98

III. Quod si etiam in textu non confirmatio
a sed & confutatio sit: principiò videndum
ut objectiones in debita forma proponantur,
solutio illarum , quomodo secundum artis
gisticæ regulas facta sit, est, indicatis terminis,
ndum. 99

nique videndum: quo ordine partes omnes
reant, quæ argumenta præposita, quæ post-
sint, quæ Methodus sit adhibita, synthetica
alytica, (siquidem integrum aliquod systema
endum sit) diligenter etiam notandæ sunt
ulæ transitionum, & crypsium Methodi. Atq;
mmatim continentur, quæ generaliter in ana-
nt observanda, plura qui desiderat, ut & ap-
ionem ad particularia exempla , videat Ke-
han *l.3. Gymnas. Log. c.1. seqq.* Speciales autem
ses quæ sunt , veluti quomodo analyses ad
onandum instituendæ sint, non attingo. Vide
, si placet, D. Ægid. Hunn. *in lib. de Methodo*
onandi tom.3. oper Latin. fol. 1029. Sed super-
Methodo disputandi ut dicamus.

TITULUS XI.

E METHODO DISPUTANDI.

gici solent etiam præscribere Methodum di- 100.
ndi, quod cùm valde necessarium sit, pro co-
e igitur hic ea de materia agam, non incom-
ùt opinor , quia Methodus disputandi, est
aliud, quam geminata tractatio problematis,
hematis conjuncti. Atque sic etiam Fonseca,
in Logicis agit de ordine, persequitur hanc
riam, & tractat de ordine disputandi, oppo-

nendi & respondendi *l. 7. instit. Dial. cap.* 42. 43 de-
thodus autem thematis conjuncti huc pertin[et], &
est antea explicata. Quòd si, quæ in disputando ob-
servanda sunt, non omnia ex Methodi doctrin[a] [a]ut
universa logica haberi possunt, liceat mihi sa[ltem]
hanc rem per διέξοδον attingere.

101. Est autem *primò* agendum de nomine disp[u]ta-
Proponitur tionis, ejusdemque definitione: *tùm* de materi[a] [ve]l
tractanda. themate disputando. *Dehinc* de officio respon[den]-
tis & opponentis.

Articulus I.

De voce disputationis.

102 E voce disputationis hic non intelligitur s[c]-
Quid intel- ria aliqua thematis controversi tractatio, qu[a]
ligitur voce let etiam disputatio dici: sicut Suarez, Greg[orius]
disputatio- Valentia, & alii frequenter hujusmodi tract[atus]
nis. suos vocat disputationes: Sed disputatio nob[is]
actus iste, qui est inter opponentem & res[pon]-
dentem.

103. Porrò vox disputationis sumitur ab Hortul[anis]
Unde ea vox sicut & vox putandi & amputandi. Igitur putar[e]
dicatur? teribus est depurare, & ab arboribus ea quæ n[oxia]
vel etiam minus utilia sunt removere & abscin[dere].
Unde & *putamina* dicuntur, ea quæ rejectanea
& inutilia. Inde ergo sumpta est vox disputatio[nis]
quæ sic dicitur, quod per eam veritas q. putet[ur] [&]
deputetur, & ab omni falsitate expurgetur, ut
dit Ludov. Vives *lib. 1. de causa co·r. artium.*

104 Græcis est δοῦναι καὶ ἀποδοῦναι ἢ ἀποδέξασθαι λό[γον]
Dare & reddere rationes. Ita Plato *lib. 2 de Rep.*
Item ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι interrogare & resp[on]-
dere, quibus vocibus frequenter utitur Aristote[les].

Ve

e Arist. *l.* 8. *Top. c.* 3. Et passim ibi & *lib.* 2. *Elench.* Christi disputatio in templo Hierosolymitano .2 *v.* 46. describitur per verbum *audiendi & interrogandi.*

Thomas definit disputationem, in opusc. de fal- 105.
lasic: *Disputatio est actus syllogisticus, unius ad al-* *Quid sit?*
m, ad propositum ostendendum. Adduntalii fines ,veluti quod sit ad indagandam veritatem vel cendum ingenium, vel obscurorum declaraem, aut dubiorum confirmationem. Vide erm. *in Gymn. Log. lib.* 3. *c.* 7. & Saltzhuberum, *de Method. Disputandi, c.* 2.

Articulus II.

De materia disputationis.

r materiam disputationis nihil aliud intelligi- 106.
uàm quæstio, de qua disputandum est. Unde in genere antea ad proponendum problema inctum pertinebant, hic recurrunt.

rimis autem, quod & supra monitum est, di- 107
ter formandus est status quæstionis. Secus ignoratio Elenchi, & sophisma Ἑτεροζητήσεως mittetur, quod valdè fœdum ac turpe est in tationibus. Certum esse oportet, contra quod menta dirigantur, inquit Arist. *lib.* 1. *Elenchor.* 17.

. *Materia disputationis debet esse dubia.* Ita ad 108
tandum non debet proponi: *An nix sit alba?* *omo sit bipes?* Vel: *an Deus sit colendus?* Vel, *an sit* uod Favorinus disputavit, ut meminit & ridet nus *lib. de opt. genere docendi.* Ita rectè & eleganit Aristot. *l.* 1. *Top. c.* 11. *t.* 9. Non *oportet omne ema, aut omnem thesin in quæstionem vocare, sed de qua dubitare quispiam possit egens rationis, non*

pœna aut sensus. *Nam qui ambigit: utrum opo*
Deos colere, & parentes diligere, pœna egent: qui
dubitant, utrum nix sit alba, sensu egent.

109 Quod si tamen talis materia proponatur, o
nens potius eludere debet, quam refutare h
modi themata. Ita cum Zeno disputaret: *An*
motus? Diogenes incipiebat discurrere in Au
rio. Interrogatus quid faceret, *refuto*, inquit
theses. Apparebat nempe ex cursu Diogenis
ipsum sensum, dari aliquem motum. Ita cum
ci ajunt, *omnia necessariò fieri*, omninò non su
tigandi rationibus, sed quod Scotus ait *lib.*
dist. 39. tandiu tormentis exponendi & cruci
doceteoncedant, possibile esse, eos non torq
Cui simile est, quod Avicenna *l. 1. Metaph.* ai
qui negant id principium: *Quodlibet est vel no*
igne torrendos esse, quoad fateantur, non ide
se uri & non uri, dolere & non dolere.

Quomodo refutandi sint, qui cõtra sensum disputant?

110. III. *Materia disputationis non debet mereri p*
Ita Aristoteles loquitur *dicto lib. 1. Top. cap.* 11
Estque id, cum est adversus pietatem, ut ibi Ar
indicat: Ita Calvinianos meritò pudere deb
cùm propositâ quæstione disputare audent, *D*
causam peccati: Et *Christum secundum utramq;*
ram non esse adorandum, & maledictum eum es
dicen, *qui in homine* (cum de Christo serm
confidit: Item: *Deum omnipotentia suâ non poss*
cere ut unum corpus sit in pluribus locis. Item:
stum, quod apertis verbis dixit, noluisse tamen v
tate beneplaciti omnium hominum salutem.
mitto.

111. IV. *Materia disputationis gravis esse debet &*
non inepta & levicula vel curiosa & otiosa. Ita d
tari non debet: *An mulier sit homo* Id enim non
ducit nisi ad vexationes. Inprimis autem Dis
tiones Theologicæ hâc lege continentur,

ostolus ait. 2. *Tim.* 2. *v.* 23. stultas & ineruditas
æstiones devita, sciens quia lites generant. Atque
hoc capite multæ inutiles scholasticorum & ca-
uistarum sententiæ rejiciuntur ut bene perse-
ur, Wilhelmus Holderus *in Dubietatibus*, & Dn.
isnerus *in schol. Academ. ad dissert. de vitiis a Theo-
disputandi ratione*, *pag.* 480. *seqq.* Veluti. An sit
tismus, in quo per imperitiam linguæ dicatur:
baptizo te in *nomine Patria, fil a & Spiritua san-*
ut transpositis syllabis: Ego baptizo te in no-
e *Tríspa*, & *lysi*, & *et santuspiri*, & quæ sunt gene-
hujus alia. Inprimis verò digni sunt, qui hujus-
li curiosas & otiosas quæstiones movent, ut,
occasione data, exibilentur potius quàm refu-
ur: Ita si quis interroget: *Quid fecerit Deus ab æ-
o, antequam conderet & regeret mundum?* quod
illussoriè disputat Cicero *lib.* 1. *de nat. Deorum.*
tè respondetur Deum constrinxisse virgas &
parâsse locum, in pœnam illorum, qui de his
rrogarent. Vide Bodin. *in Meth. Histor. p.* 446.
ererium *in Physic. lib.* 15. *cap.* 4. *p.* 779.
*V. Materia disputationis, neq; nimis abjecta, neq;
is sublimis sit.* Pertinent nempe omnes disputa-
nes proximè ad perfectionem intelligendi, ut in
uque materia veritatem sciamus. Perfectio au-
intellectui non obtingit, si in rebus abjectis
etur, aut etiam, si versetur in rebus adeò subli-
bus, quæ omnem humanam rationem transcen-
it. Eleganter ad hanc rem ait Nazianzenus *lib.* 1.
Theol. De his, inquit, solum modò disputandum
, ad quæ humana acies pertingere potest & qua-
ius conditio auditoris, & facilitas assequi possit
ut intentior vox auribus, & immodicum ali-
entum corpori, & imbres terræ nocent, ita au-
tores gravati quæstionibus nimis altis, damnum
cipiant. Inprimis autem hujus generis sunt, quæ

pertinent ad τὸ θεῖον mysteriorum. In his ser[...]
majestatis opprimetur à gloria.

113. *Sublimitas non debet esse pallium supinitatis.* Hæc tamen sublimitas non debet esse pallium supinitatis. Prout frequenter contingit, ut re[...] ves atque arduæ contemnantur tanquam [...] sublimes, ab hominibus imperitis, ne cum r[...] dendo deficiunt, ignorantiam suam prodant. [...] ganter ad hanc rem ait Scalig. *Exerc.* 249. *s.* 3. [...] dicere proposuisset: *An Deus facere possit me'i[...] fecit quàm quomodo fecit?*) *otiosa*, inquit, *est i[...] hæc quæstio, novo huic vulgo, qui in superficie at[...] pinitate, quam ipsi vocant simplicitatem intellect[...] contemplationis nostræ finem posuerunt. Itaque c[...] nos vocant & scholasticos, cum ipsi hoc quod bene [...] amant nescire sese, quare aut quomodo dicant. [...] similes sunt, qui triticum ad molas fuerunt. Recti [...] officii sui ignorant finem.*

114. VI. *Materia disputationis neq; sit nimis ob[...] neq; nimis nova & facile capta.* Ita quid attinet [...] rosè disputare adversus hæreses, jam olim a[...] clesia rejectas, quarum nulla fere amplius e[...] moria, nedum defensor. Sic & minus fructuos[...] penditur tempus in disputationibus quæ e[...] vetori sumuntur, quod dudum ulterioribu[...] ctionibus & constitutionibus Imperatorum [...] gatum est. Quemadmodum verò hujusmodi [...] *res* quæstiones non debent facile ad disputat[...] revocari. Ita non debent etiam facile *nova* quæ[...] nes constitui, quod utinam non ita frequens [...] etiam inter ejusdem confessionis Theologos [...] scandalo adversariorum, & læsione charitatis [...] que frequenter contingit vel de usu vocabulo[...] vel distinctiuncula aliqua, vel etiam philoso[...] contentiuncula, in quibus materiis inprimis [...] tum illud verissimum semper fuit:

D[...]

ersum sentire duos de rebus iisdem,
ncolumi licuit semper amicitia.

ensentur autem tunc facile captari quæstiones,
ndo, non ob controversiam, sed solùm animo
arandi aliquid, movetur quæstio, vel etiam
ex qualicunque diversitate locutionum ilico
stio extruitur. Ita Fonseca *lib. 7. instit. c. 41.* dili-
ter in docendo caveri jubet ne singulæ senten-
n quæstionem ac controversiam vocentur,
d plurimi, inquit, faciunt. Sunt enim multa
ex aliis gravioribus quæstionibus commo-
intelligi possunt, optimeque aliis assertioni-
principalibus, ut corollaria annectuntur, aut
e, ut majoris momenti res percipiantur, obiter
licantur.

II. *Materia disputationis debet vel nudè proponi* 115.
modum assertionis aut quæstionis: aut muniri non
firmis rationibus. Secus enim fit ut peculiarem
orem esse oporteat in defendendis ratiunculis
ue sic à principali quæsito abeatur. Plura qui de
teria disputationum desideret, videat Kecker-
n. *l. 2. Gymnas. Log. c. 7.*

ARTICULUS III.

De officio respondentis & opponentis.

116 Aristoteles in has duas personas partitus est a-
um disputandi, *l. 8. Top. c. 3.* & alibi. Persona præ-
dis autem ad alterutram reducitur. Est enim quasi
onorarius Respondens: quandoque tamen & op-
onentem juvat, & ejus mentem explicat, atque ita
ursum totius disputationis dirigit.

Sunt autem officia respondentis & opponentis, 117
aliqua communia, aliqua propria. De communib.
prius agendum est.

118. 1. Requiritur in utroque exacta & sufficie
propositæ intelligentia. Secus enim facile co
get, ut nihil ad rem dicatur. Si ignores, quid n
& suppositum, non poteris disputare, de com
tione ex natura & supposito, si quæ sit circuli
dratura ignores, nihil proficies disserendo, an
possibilis an non.

119 2. Præmeditandæ sunt diligenter objecti
vel responsa adversarii. Nam *tela prævisa minu
cent*. Et: *se minus afflictum sensit, qui prævidet vi*
Secus enim facile contingere potest, inprimis
exercitato, ut ad primam quamque responsio
obmutescat cum pudore, & thesin dimittere
gatur.

120 3. *Quisque debet afferre ad disputandum stu
veritatis*. Equidem respondens debet habere o
no animum defendendi sua placita, neque nis
ponderosis argumentis cadere à sententia sua.
*enim peccatum, initio ponere quod non oportet, &
tum non commodè tueri*, inquit Arist. *l.* 8. *Topic. c*
Unde si Respondens thesin dimittat adversario,
tandus est, vel minus præmediatè sentent
suam proposuisse, vel non adhibuisse debitam
tuendo diligentiam. Principalis tamen intentio
sputantium utrinq; debet esse veritas. Hujus n
pe amore non solùm amicorum, sed etiam prop
delere opiniones, veri interest Philosophi, inq
Scalig. *exerc.* 6. *f.* 4.

121 Atque hæc sunt quæ in disputatoribus ante
sputationis actum requiruntur. Nunc, quæ in c
flictu ipso observanda sint, videnda sunt. Horum
lia ad formam disputandi, alia ad verba, alia ad
ipsas, vel ipsum actum, pertinent.

122. Igitur. 4. Disputatio debet servare legitimas f
mas disputandi. Nempe opponens syllogisticè d
bet argumentum suum proponere, & responde
in f

orma illud solvere, indicato vel vitio formæ,
falsitate præmissarum vel adhibita distinctione
ui sunt alii modi solutionum, alibi propositi.
ωκρύψις τοῦ λαθεῖν χάριν, τὸ δὲ λαθεῖν τῆς ἀπάτης,
Arist. 1. *Elench. c.* 14. Et *qui ab alio facile Paralogi-*
decipitur, nec id animadvertit, ipse quoq; à semet-
hoc sæpenumero pati potest, ait, *l.* 1. *Elench c.* 16.
certè dignus fuit, qui professus est, se absque
hodo melius progredi posse, quàm cum syllo-
is & spinosis Dialecticorum ratiunculis, quod
chuberus refert, *in lib. de Meth. disput. p.* 19.
itæ *in Colloq. Ratisponensi* frequenter objiciebāt
ratibus, quod non disputarent in forma, sed
adversus illam Accusationem D. Ægid. Hunn.
at. histor. de illo colloq. tom. 2. *lat op. p.* 308 *seqq.* Et
quam junioribus rigidè servanda proponitur
na disputandi, tamen exercitatis viris frequen-
est, artificium tegere & cryptice per Enthyme-
a & prosyllogismos disputare, quàm sub aper-
ormis. Quò pertinet quod Arist. ait, *l.* 8. *Topic.*
. §. 12. syllogismis apertis uti, justum quidem
sed non decorum.

In disputationibus Theologicis, scriptura: Iuridi-
ex: Medicis & Philosophicis ratio: Historicis, Autori- 123.
ve testimonium norma potissima sunto. Vulgò di- *Norma di-*
r: Non testimoniis sed argumentis & rationi- *sputandi.*
disputandum esse, sed id non est generale, &
tinet id ex instituto loquentium, ad philosophi-
solùm disputationes.

igitur norma rerum *Theologicarū* scriptura esto.
enim scriptura de rebus credibilibus. Creditio
em est assensus intellectus, non tàm per ordinē
rationem datam, quàm autoritatem alicujus
tis. *Injuri dicis* autem norma est lex. Nempe sic-
sine scriptura Theologus, ita sine lege JCtus lo-
ierubescit. In *medicina* autem & *philosophia* do-

minantur rationes, hoc est, probationes ex na
extremorum sumptæ, quæ quo magis sunt ne
sariæ, aut etiam apodicticæ, eo magis disputa
ornant. Testimonia humana vel parcè sunt adh
da, vel si adhibeantur, non putanda sunt con
necessitatem, sed verisimilitudinem. Quia t
scriptura est communis quidam Thesaurus om
disciplinarum (neque enim quæ in ea contin
omnia Theologica sunt, cùm potius omnia
rum disciplinarum placita in ea contineantur
docet Clemens *lib.* 1. *constit. c.* 6.) icircò si scrip
testimonium ad Philosophicam disputatio
afferatur, pari id pietatis affectu audiendum
& credendum est quod res ita se habeant, ac
scriptura ad res Theologicas probandas adh
tur. In *Historicis* autem non agitur nisi testimo
vel propriæ experientiæ, vel aliorum fide di
rum autorum, si quid ex veteri historia con
versum sit.

524 *Verba qualis debeant esse disputatorum*

6. *In verbis observabit disputator.* 1. *ut sit brevis*
clamationes ambitiosorum opera sunt, otiosi
cibi, naturæ divinitatisque negotiis impe
animo, studendum est rei brevitati, quæ res æ
verbis, inquit, Scalig. *Exerc.* 307. *f.* 20. Ita rectè
gica, (quæ est illa disputandi ars) comparatur
manu contracta, Rhetorica cum dilatata, c
hæc fusiori, illa côtractiori genere loquêdi ut
Inprimis verò valdè decet disputatorem, si pro
tatem quærat, ex comptulis Oratorum phra
veluti si pro voce *dictum est* velis dicere: *litera*
monumentis proditum est, & quæ sunt his similia

2. Atque hoc brevitatis studio licet quan
525 vel vocibus barbaris uti, vel etiam novas fing
modo sint elegantes, & necessariæ, ad rerum ex
sitionem ac declarationem, & satis significativ
ex analogia ad consimiles voces facilè queant

te

i.Sic si Ciceroni licuit dicere *quantitatē* & *qua-* *Barbara*
m, cum ante ipsum ita non fuisset dictum, nisi *disputatorū*
tum & quale, cur vetitum esset, ad augendam *vocabula.*
iterariam, dicere, entitatem homineitatem, &
unt hujus generis alia. *Aliquando nomina bar-*
necessariò sunt extorquenda à sapiente, q. monstra
ris, absurda absurdis, inepta ineptis, ut insititia
tissimas latebras expugnemus, inquit Scalig. *lib.*
*lant.p.*294. Et cofer 1. *de plantis. p.* 166.278.337.
298.*f.*16. & aliâs. Frequenter etiam in Cicero-
os invehitur, quibus nihil placet, quod ex Cice-
non sit sumptum. Vide hac de re doctam ora-
em Pici Mirandulæ, præfixam Lexico Armādi
ello Visu. Loquor autem de illis, quæ necessaria
. Nam si citra necessitatem barbaris vocibus
is, veluti, ut dicas *dubietas*, cum dici posset *du-*
, & logicaliter cum dici posset *Logicè* &c. quod
tribus scholasticis in usu fuit, non tam studio
tatis & brevitatis, quàm nescio cujus Barbariei
ore, ista facta putabuntur.

icut & à fortiori, à disputatore abesse debent illa 126
abula, quæ sunt obsoleta, quorum studiosum *Obsoletarū*
se adolescentem quendam, cum ejusdem re- *vocum usus*
hensione meminit Faverinus apud Gell. *lib.* 1. *rejicitur.*
*8.c.*11.

II. Cavendum est ne assuescamus peculiares
phrases vel vocabula sæpiùs iterare. Ita sunt,
ibus certæ particulæ etiam ad nauseam audien-
m per incuriam ipsorum & malam assuefactionē
putādo excidunt, veluti *nimirum, videlicet istiuſ-*
di & similia. Graviter hoc vitium reprehendit
uazzus, *de civili convers. differtat.* 3 *p.* 149. ubi &
a sermonis vitia diligenter notata vide *p.* 142.
19. 127

Jam 7. *Disputatores non debent sequi argutias & Contra as-*
minutias. Ita enim facile disceditur à principali di- *suefactitias*
sputa *voces.*

sputationis scopo. Fitque id cùm institu
λογομαχίαι, sive contentiones de vocabulis;
cùm particulares sententiæ, quæ inter discurr
immiscentur, arripiuntur, & vel objectione
responsiones iisdem aptantur.

129 8. *Debent cavere ne sibi quisque contrarietur,*
fit, cùm vel objectio vel responsio nostra in n
torqueri potest, vel etiam cùm aperte nobis
stris prioribus dictis contraria dicimus, ut e
clamare oporteat,

Heu patior telis vulnera facta meis.

130 *Mores disputantium quales esse debeant?* *Denique*: rectè oportet constitui *mores disp-*
tium. Debent illi esse placidi, & modesti, aliis
interloqui, multò minus autem debent adh
odiosæ exagitationes vel personarum vel di
rum, veluti si tu dicas, *Elumbe argumentum*,
jejunam responsionem & quæ sunt his similia.
fit ut acerbæ oriantur altercationes. Nimium
tem altercando veritas amittitur, ait Macrob
l.2. Saturnal. c.7. & Ludovicus Vives apud Scali
Exerc. 308 *in fin.*

131. *Particularia respondentis & opponentis officia.* Nunc particularia respondentis & oppone
officia tractanda sunt. Et nunc quidem usu r
ptum est, ut *Respondentes* themata disputationi p
scribant, quâ in re functus censebitur Respond
officio suo, si gerat se juxta præcepta, qui
materia disputationis suprà contracta fuit;
porrò eorum officium est, ut disputationes
maturè indicant, materiam distribuant, oppo
tes invitent, actumque ipsum oratiunculâ ali
inchoent & terminent.

132 Magis intrinseca autem officia sunt, ut dilig
ter attendat ad verba & modos loquendi oppon
tium; & quoad fieri potest, ita ut proposita est
jectio, eandem resumat, aut etiam, si prolixè p
po

iest, quantum fieri potest informam syllogi-
n includat: Sin verò id difficile putet, id ut fiat
pponente petat, tùm verò responsionem for-
iptabit, juxta regulas enumeratas & varieta-
olutionum, de quibus etiam fuit alibi.
uod si instantia detur, respondentis officium 333
iori simile. *De instātiis.*
pponentium autem officium speciale est. Ex- 334
ere hypotheses quibus sententia respondentis *Officia op-*
ur, item rationes, tùm extrema ex quibus con *ponentis.*
ir conclusio. Ex his enim sumendæ sunt ratio-
icut Arist. docet 1. *Prior c.*24. Non facile pro-
ietur ad confirmationem majoris aut minoris
nisi jussus. Aliâs enim probabitur fortasse sum-
, quæ à respondente concedatur. Et sic erit in-
tuosa prolixitas.
Ubi proposita objectio soluta erit, cogita-
le instantia, eandemque, repetita summaria
ondentis solutione, proponet: Si rejecta fuit
sequentia, ostendat, legitimam fuisse argumē-
li formam, vel etiam re ita requirente, syllo-
num aliter formet. Et quia frequenter à sophi-
respondendo, *Quid* pro *Quo* dicitur, urgeatur
pondens applicare responsionem directæ obje-
oni, ut appareat, an præmissam neget, vel distin-
at vel limitet, ne respondens per παρεκβάσεις ef-
iat argumenti difficultatem in cæteris progre-
tur ut prius.
Atque hæc sunt summaria theoremata, quæ offi- 335
im respondentis & opponentis concernunt, quæ
men pro diversitate circumstantiarum, puta loci
mporis & personarum suas quoque cautelas ha-
nt, quas diligenter exposuit Saltzhuberus *in sa-*
us dicto libro de Method. disputandi.
Jam denique officium præsidis inprimis du-
lex est. Igitur *primò* ejus est disputationem dirige-
re, &

re, & proinde λογομαχίας, contentiones, cal- nias, interloquutiones, Digressiones, & quæ i Methodo disputandi repugnant, prohibere. *A- rum* est, ut personas disputantes, inprimisque spondentem juvet, titubantem formet, erran revocet, ejusdem obscuriora & imperfectiora sponsa illustret & compleat, & sic principia non tam suas responsiones afferat, quàm da Respondente magis explanet omnibusque ade respondenti & opponentibus & auditoribus nevolentiam in juvandis studiis commonstre

117. *Epilogus de utilitate disputandi.* Atque adeò si in universum ea observentur, disputando, quæ hactenus tradita fuerunt, t disputatio confert & facilitatem in loquendo, sicut ex lapidum collisione ignis, ita ex discep tionibus istis elicetur, & porrò confirmabitu illustrabitur veritas: qui universalis sco est universæ doctrinæ Logicæ. *Confirma nos mine in veritate, & ab omnibus erroribus libera Amen.*

Epilogus ad Lectorem.

Atque ita habes nunc, *benevole L ector*, à me absolutam Logicam, idqu quatuor distinctis opusculis; quoru *primum* exhibet Introductionem L gicæ, ad declarandam Naturā Log cæ. Ubi & doctrina Prędicamento continetur, ad explicandum Logic objectum: Et pro generali Procemi tractatus de Philosophia præmitt tu

n *ſecundo* Tractatu, quē nomine
corum appello, expoſui doctrinā
ocis Dialecticis ſive argumentis
icis, ut per eam Logicæ partem
tur intellectus in modo, ſimpli-
erminos apprehendendi. *Tertiū*
ſculum exhibet propoſitionum
enunciationum Logicarum tra-
ionē, ut inde juvetur intellectus
νθέσει νοημάτων. Denique cū ſuperſit
ntellectu diſcurſus, iccircò ne ille
nedio ex Logica careat hic ipſe, *de*
giſmis & Methodis tractatus addē-
fuit. Atq; ita vides maximā par-
n Methodum Logicæ Ramææ ob-
vari: Res tamen ipſas potiſſimum
Ariſtotele ejuſq; Interpp. relatas
e. Cumq; in utriuſq; iſtius, ſtudio-
n Logicorum principis Logica,
qua deſiderētur, addidi etiam quę
denda erant. *Ariſtoteli* deerat do-
ina diſparatorum, diverſorum,
viſionis, ſyllogiſmi hypothetici &
lethodi. *Ramo* Locus antecedentiū,
onſequentium, connexorum, tranſ-
ſumptio-

ſumptionis, aliquę diviſiones pr po-
ſitionum & ſyllogiſmorum, & inte
eos autem illa demõſtrationum do-
ctrina. Hæc omnia ſuis Locis expoſi-
ta habes. Quæ igitur in opuſculis
ſtis ſummatim vera ſunt & bona ill
ad Dei gloriam utere. In erratis au
homini, ignoſce & vale.

TIBI SOLI DEO ET DO-
MINO MEO SIT LA
ET HONOR
IN
SEMPITERNA SECULA
AMEN.

INDEX




NDEX RERUM SPECIALIS.

...ior numerus caput: posterior, numerum marginalem cujusque capitis designat.

Formi,

Pro-




Tomus II